exciterant. Leutrā & mantbineam. Leutra oppidū est boetiæ haud ꝓcul ab edicone iuxta lebadiā & Cheroneam teste Strabone libro nono in descriptione boetiæ: dicit enī: iacet autē Heliconis & cheroneæ medium iuxta coroneā Leutra in eo tractu sunt ubi epaminūdas lacedemonios ingenti superans prœlio: eorꝫ calamitati & cladis initium repetit: ex eo enī tempore græciæ principatū ultra recuperare nequiuerūt: quem prius adepti tenebant: præsertim postq̄ secundo apud Mantineā congressi rē infœliciter gesserunt. unū tamen illis quāquā hunc in modū afflictis permansit: ut nullorū aliorū ditioni subacti sint: usq; ad romanorꝫ imperium a qbus eis habitus perdurat honos: ꝓpter tegendæ ciuitatis probitatē. monstrat sane locus ipse in uia quæ ex plateis ducit ad thespias. Mantinea uero fuit in arcadia eodem teste: sed ut oppidum uult nunc nō extat. nam Epaminundas inqt: Mantineā superatis secūda pugna lacedemonius illustrē reddidit in q̄ & ipse obiit. hæc autē euanuit. Sed melius & altius initium uitæ. Quia fama uirtutis meæ qd posteros æterna manebit. Ciuitas spartana. Spartana metropolis ciuitas est lacedemoniorꝫ: hoc est principalis quæ alio nomine lacedemon dicit quā quā nōnulli uelint lacedemona regionē esse. Spartā uero urbem Iustinus libro undecimo thebani inqt auxiliantibus atheniēsibus: bellū his intulere. f. lacedemoniis q̄ ciuitas ex infimis incrementis uirtute Epaminūdæ ducis ad spem īperii græciæ erecta est.

Leutra oppidū

Strabo

Mantinea

Iustinus

a Cne Teramenis quidē atheniēsis. Subactis ateniensibus ut diximus in capitulo de sōniis Lixander lacedemoniorū dux triginta ꝑtætores īposuit: q paulo post facti sunt triginta tyrāni. nā illorꝫ opera sublato de medio alcibiade cuius metu teprimebant seuire cœperūt in plebē atheniēsem & in populū uniuersum crudelē tirānidē exercere. nam tanti ultoris uidelicet Alcibiadis metu liberati miseras urbis reliquias cædibꝫ & rapinis crudeliter exhauriunt. qđ cū therameni uehemēter displiceret: eorꝫq; libidinibꝫ sœpissimæ obstaret. iniecto falso crimīe: in carcerē coniecerūt: eiq; uenenatū poculū paulo post hauriendū miserunt: qđ cū forti aīo & indubianter hausisset: qđ poculū uenenatū missum in fundo remanserat: & tuncterræ incussit dicens. Hoc critiæ propino: erat autem unus ex triginta: hi uero fuerunt a trasibulo eiecti: & critias interemptus: Critiæ ꝓpino. Quasi diuinans qđ futurū erat: ut exigerentur oēs & critias occideret. Cicero libro primo tusculanarū. Quam me delectat inqt theramenes: quā elato animo est: & si enī flemus rū legimus: tamen nō miserabiliter uir clarus emoritur: qui cū etiā coniectus in carcerem triginta tyrannorū iussu: uenenūq; ut sciens ebibisset: reliquū sic e poculo eiecit ut id resonaret quo sonitu reddito arridens propino inqt hoc pulchro critiæ q in eū fuerat deterrimus: græci enī in cōuiuiis solēt nominare cui poculū tradituri sint: lusit uir egregius in extremo spiritu cū iā ꝑcordiis susceptā mortē contēneret. uereq; ei q uenenū ꝓbuerat mortē eā est auguratus: q̄ breui cōsecuta est. Profecto ē tā fortiter mori. Tā cōstāter mori est se supplicio mortis liberare. Inimicorū existimatiōe. Inimici qdē de morte pœnas dedisse illū credebant ipse uero mortem pœnarū finem esse iudicauit. Litteris & doctrina. Est endiadis. i. doctrina litterarꝫ.

Cicero

Endiadis fi.

Vmantino uero theogeni. Cū numantiam obsideret Scipio posterior cōplures oppidanos ex urbe n progressos ad colligenda frumēta pallantes per agros occidere uetuit: q diceret eo facilius qcqd frumēti esset in urbe cōsumpturos esse quo plures essent. nā qđ portabat in urbē p eos q exierāt ad paucorū dierū usū erat: igit cōsumptis oībus q̄ ad uictū ꝑstarent desperatisq; sociorū & aliorū auxiliis cū iam famis extremitatē diutius tollerare nō possent. ne ī seruitutē uenirent cōsilio theogenis se inuicē tradētes neci

oẽs occubuere: sed de hac fame: & necessitate uidebimus libro septĩo. ca. de necessitate. Praestaret. Superet: excelleret. Vicũ suũ. Quẽ habitatione sua totũ occupauerat. Tã forti lege. Ut inter se de uita certarent.

u Erum ut aeque populo romano. Carthagine capta. Idẽ Scipio posterior Carthaginẽ quã superior tributariã fecerat: expugnauit: in cuius euersione cũ hasdrubal in Scipionis deditionẽ uenisset: eius uxor indignata: q̃ se liberisq; contemptis sibi soli consuluisset ne in captiuitatẽ ueniret: secũ duos filios mortẽ non recusantes in arcis fastigia trahens: se cũ illis in urbis incendium praecipitẽ dedit. fuit autem huius hasdrubalis uxor qui filiã suam nomine Sophonisbã Siphaci numidarũ regi dederat uxorẽ: ne in romanorũ societatẽ ueniret secũdo punico bello: quae quidem & ipsa nihil a matre degenerans: misso a Massimissa: qui per nuptiarũ occasionẽ uolebat illã a captiuitate uindicare: cũ nõ posset: ueneno illud fortiter hausit. Exprobrata. Improperata impietate qd' sui & liberorum oblitus esset.

m Vlieris fortitudinis exẽplo aeque. Cũ pestifera. Hiero Siracusarũ rex populi romani amicissimus fuit secundo punico bello. hic autẽ filiũ habuit Gelonem a quo Hiero natus est: qui causa fuit extinguendae regiae stirpis: nã mortuo hierone atq; patre cũ esset admodum puer & regno immaturus tutoribus tunc cõmendatus est & amicis q eius ingeniũ ad praecipitandũ in oĩa uitia acceperunt: quae ita cernens futura hiero ultima senecta dicit' uoluisse liberas siracusas relinquere: ne sub dominatu puerili ꝑ ludibriũ bonis artibus partũ firmatũq; interiret regnum: sed eius consilio restituere filiae: quae ꝑcibus & blandiciis pellexerunt senẽ ut regnũ relinqueret nepoti: itaq; tutores. xv. puero tunc reliq̃t: quos precatus est moriens ut fidẽ erga populum ro. quinquaginta annos a se cultam inuiolatãq; seruarent: qd' longe secus factũ est. nã eo mortuo: mala puero suadẽtes impulerunt ut a romana societate deficeret: regioq; habitu & cultu augustiori cũ purpura & diademate satellitibus undiq; stipatus ad terrorem omniũ incederet: qd' nunq̃ antea pater nec auus fecerat. ex quo in puerũ tirannidẽ exercentẽ facta est coniuratio. ubi nõ solũ rex occidit': sed uniuersa stirps regis hieronis funditus tollit'. In eo igit' persecutione factũ est qd' Valerius memorat.

De patientia. Capitulum. iii.

e Gregiis uirorum pariter. Fortitudo inquit se oculis nostris subiecit: quae hortata est: ut patientia in mediũ ueniret: quae uel cũ ea uel ex ea nata uideri põt. nã fortitudinis partes sunt patientia & perseuerantia. Infirmioribus radicibus. Nã laudis & gloriae radices habet patientia. Cũ ea. Tanq̃ soror. Ex ea. Tanquã filia. Quid enĩ his. Id ita esse Mutius qui scaeuola dictus est clarissima nobis documenta reliquit. A porsena. Etruscorũ rege. ad cuius opes ea tempestate florentissimas Tarquinius cũ scelerata stirpe pulsus ex urbe confugerat. Immolantemq; ãte altaria. In hoc Valerius a Liuio dissentit: non enĩ sacrificantẽ sed milites recẽsentem una cũ scriba in castris & stipendium dantem dicit liuius: & Mutium qui ad regis caedem uenerat errore ductum pro rege scribã

Liuius

ferocitas extitit. perditis nãq; & afflictis rebus numantinorum: quum omnes eius ciues nobilitate: pecunia: honoribusq; praestaret: uicũ suum qui in ea urbe speciosissimus erat: cõtractis undiq; nutrimentis ignis incendit: protinusq; strictum gladium in medio posuit ac binos inter se dimicare iussit. ut uictus icisa ceruice ardentibus tectis superiaceretur: qui cũ tam forti lege mortis omnes absumpsisset ad ultimũ seipsum flãmis immisit.

De uxore Asdrubalis.

u Erum ut aeque populo romano inimicae urbis excidium referam Carthagine capta: uxor Asdrubalis exprobrata ei impietate q̃ a Scipione soli sibi impetrare uitam contenta fuisset: dextera leuaque tres communes filios mortem non recusãtes trahens incendio se flagrantis patriae obiecit.

De duabus puellis syracusanis.

m Vlieris fortitudinis exẽplo aeque forte duarũ puellarũ casum adiiciam. Cum pestifera seditione syracusarũ tota regi Hieronis stirps euidentissimis exhausta cladibus ad unicã filiam Harmoniam uirginem esset redacta: & ĩ eam certatim ab inimicis impetus fieret: nutrix eius aequalẽ illi puellam regio cultu ornatam hostilibus gladiis subiecit: quae ne cũ ferro quidem trucidaret': cuius eẽt conditionis ediceret: proclamauit admirata illius animum harmonia: & tantae fidei superesse non sustinuit. Reuocatosq; interfectores professa quae nam esset in caedẽ suam cõuertit. Ita alteri tectum mendacium. alteri ueritas apta finis uitae fuit.

De patientia Capitulum. iii.

e Gregiis pariter uiroꝝ ac foeminarũ operibus fortitudo se oculis hominũ subiecit: patientiamq; in medium procedere hortata est: non sane infirmioribus radicibus stabilitam: aut minus generoso spiritu abũdantem: sed ita similitudine iunctã: ut uel ex ea: uel cũ ea nata uideri possit.

De Mutio Scaeuola.

q Vid enĩ his quae supra rettuli facto Mutii conuenientius? quũ a Porsena rege ethruscorũ urbem nostrã graui ac diutino bello urgeri aegre ferret. castra eius clam ferro cinctus itrauit imolantẽq; ãte altaria conatus est occidere: caeteꝝ inter molitionem

obtruncasse: ꝗ ille corporis cultu nihil ferme a rege distaret: cõprehensũ deinde cũ regii satellites retraxis/set ante tribunal regis destitutum: & tum quoq; inter tantas fortunæ minas metuendum magis q̃ metuẽtem dixisse: romanus sum ciuis. C. Mutiũ uocant. hostis hostem occidere uolui: nec ad mortẽ minus animi est q̃ fuit ad cædem & facere. & pati fortia romanũ est. nõ unus ego in te hos aĩos gessi. longus est post me ordo idem petentiũ decus: proinde in hoc discrimen si iuuat accingere: ut in singulas horas capite dimices tuo: ferrum hostẽq; ĩ uestibulo habeas regiæ hoc tibi iuuentus romana bellum indicimus nullã aciẽ nullũ ꝓlium timueris: uni tibi cũ singulis res erit: tunc regẽ simul ira incensum periculoq; conterritũ ad terendũ

pii pariter ac fortis ꝓpositi opꝑ̃ssus nec cãm aduẽtus texit: & tormenta q̃topere contẽneret mira patientia ostẽdit: perosus enim credo dexterã suã ꝗ eius ministerio ĩ cæde regis uti nequisset: ĩiectã foco exuri passus ẽ. Nullũ pfoecto dii ĩmortales admotũ aris cultũ attensioribus oculis uiderũt: ipsũ quoq; Porsenã oblitũ periculi sui ultionẽ suã ṽtere ĩ admiratiõem coegit. Nã reuertere ĩqt ad tuos Muti: & eis refer te quũ uitã meã petieris a me uita donatũ: cuius clementia nõ adulatus Mutius tristior porsenæ salute: q̃ sua lætior urbi se cum æternæ gloriæ cognomine Scæuolã reddidit.

De Pompeii patientia.

P Ompeii etiã ꝓbabilis uirtus qui dũ legationis officio fũgeretur a Gẽtio rege interceptus: quũ senatus cõsilia prodere iuberetur: ardenti lucernæ admotũ digitum cremandũ prebuit: eaq; patientia regi simul & desperationem tormentis quicquam ex se cognoscẽdi excussit: & expetẽdæ populi rõani amicitiæ magnam cupiditatem ingenerauit.

A C ne plura huiusce generis exẽpla domi scrutãdo: sepius ad ciuilium bellorum detestandam memoriã progredi cogar: duobus romanis exemplis contentus: quæ ut clarissimarum familiarum cõmendationem: ita nullum publicum mœrorem continẽt externa subnectam.

Externa.

U Etusto Macedoniæ more regi Alexãdro nobilissimi pueri præsto erant sacrificanti: e quibus unus thuribulo accepto ante ipsum astitit: ĩ cuius brachio carbo ardẽs delapsus est quo: & si ita urebat̃ ut adusti corporis eius odor ad circumstantium nares perueniret: tamẽ & dolorẽ silẽtio ꝓ̃ssit: & brachiũ immobile tenuit: ne sacraficiũ Alexãdri aut excusso thuribulo ĩpediret: aut edito gemitu aures regias aspgeret. Rex quoque patientia pueri magis delectatus:

adolescentẽ qui metu pœnarũ exprimeret: quid illud esset: qđ ꝑ ambages minaret̃: tormenta afferri: & ignẽ parari iussisse quo tanq̃ uictima ĩmolaret̃: illum uero ut regi ostenderet q̃ facile tormenta contẽneret: dextrã foculo iã incenso: spectantibus oĩbus iniecisse: & exuri passum esse. inde Scæuolã fuisse nominatũ: q̃si sinæ uola: hoc est sine media parte manus. q̃ uola dicit̃: unde dicitur inuolare Dionysius q hanc histotiam multo prolixius narrat nullam prorsus de hac patiẽtia mẽtionẽ facit. Inter molitionẽ pii pariter. Paratum ꝓdũ pareret. pꝑssimũ & fortissimũ ꝓpositum adimplere. Pii. Quia pro patria liberanda id faceret. Fortis. Quia mortẽ nõ formidaret. Causam aduentus. Quia ingenue cõfessus est se ad occidendum regem uenisse. Adulatus. Nam mutius quasi remunerans meritũ quandoqdem inquit: rex est apud te uirtutis honos: ut beneficio tuleris a me ꝗ minis nequisti. ccc. coniurauimus iuuẽtutis ro: pricipes ut in te hac uia grassaremur mea prima sors fuit: cæteri ut cuiq; ceciderit primi quo ad te oportunum fortuna dederit suo quisq; tempore aderit.

Scæuola
Vola
Inuolare
Dionysius

P Ompeii etiam laudibus. Pompeius ĩ asia legatus cũ p illiricum nauigaret interceptus est ab illiricis: & cũ a Genutio illiricorum rege & hoste populi romani consilia publica ꝓdere iuberetur: digitum lucernæ ardenti admodum exuri passus est: ut ostenderet nec supplicio quidem mortis ĩduci unq̃ posse ut consilia publica indicaret. quo facto: & regi desperationem induxit tormentis ex se quicquã cognoscendi: & cupiditatem amicitiæ cũ populo romano iungendæ. hunc regem lucinius consul bello postea superauit: cum uiolata fide rebellasset: qui cũ uxore & liberis romam missus est. Incussit Iniecit induxit. Ad ciuilium bellorũ. Hoc ideo dixit qa cõmemorationẽ fecerat Cn. Põpeii qui postea bellum ciuile gessit.

U Etusto macedoniæ more. Hoc tractatur a Plutarcho in uita Alexandri regis macedonum: cui sacrificanti cum plures nobilissimi adolescentes ambitiose administrarent: unus sumpto thuribulo præsto astitit: in cuius brachiũ ignitus carbo delapsus dolorem creauit: quem tam diu puer passus est: quoad sacrificaret Alexander. nam nec brachiũ mouere ne excusso thuribulo perturbaret sacrificantem: nec uocem emittere: nec effœminationem: aut ullã animi mollitiem indicaret ausus est. Alexander quoq; hac re cognita in longum distulit sacrificium: ut pueri patientiam multo magis probaret. Præsto erãt. apparebant ministrabant. Carbo ardens. Idest pruna. Odor. Qui græce dicitur nidor: latine ustrina ab urendo. & dolorem silentio præssit. Duo dicit in quibus mira pueri patientia significabatur: nec mouisse brachium: nec uocem quidem ullam emisisse. Aspergeret. Turbaret. impleret obsonaret. Cetius. Firmius expectando nunquit puer uocem emitteret.

Plutar.
Nidor
Vstrina

Diutius sacrificauit. In longius distulit sacrificium. Si huic miraculo darius. Si Darius īqt hoc miraculū conspexisset: intellexisset ,pfecto: eius gentis milites uinci non posse cuius puerilem etatem tanta patientia præditam cognouisset. Eius stirpis. gentis scilicet macedonum.

e St & illa uehemens. Itaquidē & militaris disciplinæ ratio: hominum animos patientia corroborat: atq; confirmat & laborū patientissimos facit: sed hoc idem facit philosophia. Animi militia. Patientia q̄ a philosophia nascit̄. Venerabilium sacrorū antistes. Veluti quædā sacerdos quæ præcepta tradit quibus homines ad bene beateq; uiuendū instituuntur. Doctrina uenerabiliū sacrorū. Quibus ex homine uitia pelluntur: & in eū uirtutes inducunt̄. Quæ ubi pectore: Philosophia si ab hoīe recepta fuerit: & oīa ex eo uitia depellit: & eum robore uirtutis cōfirmat: ita ut nullo aī affectu ab officio discedat. Potentiorēq; metu. Facit ut homo metū uincat: atq; dolorem: quia nec metu nec dolore p̄sentis mali ab officio discedit.

i Ncipiā autē a zenone. Fuerūt duo zenones: iunior & senior: de utroq; tractat Valerius: sed de his quo q; Heraclides Demetrius & Antistenes plene loquūtur. de iuniore loquit̄ hic Valerius. Eleate. q; ab elea ciuitate fuit. Dispicienda. Diligenter inuestiganda. nā dispicere inquirere. despicere contēnere significat. Ad uigorē. Ad magnitudinem aī ne eorū aī ‹i›nertia molles & tardi efficerent̄. Præceptorū fidem. i. bonus præceptor qđ uerbis præcipit: re ipsa & exēplo cōfirmat. neq; enī aliter fidem præceptis facere posset: nisi ipsa re ,pbaret & uita: quod uerbis alios astringere nititur: soluerent̄ omnia quæcumq; traderet: si a præceptis uita ex aliqua parte dissentiret. hic ergo quæ præcipiebat aliis esse facienda prior ipse opere comprobabat. Patriam egressus. Dicimus egredior urbem & urbe: patriam & patria. Agrigentum. Siciliæ oppidū unde sal agrigēnnus: cui Solino teste longe alia est a cætero sale natura: ut igni impositus resoluat̄ ut aquæ uel alteri liquori crepitet ueluti torreatur: cæterarum salinarum metalla quæq; sunt; aut agrigentino aut centuripino proximatiua fungūtur cautium ministerio. nam illic exculpunt̄ signa ad facies hominum uel deorū. Tyranno & phalari. in nomine ipso emphasim facit quia phalaris omnium crudelissimus fuisse traditur: delectabatur semper crudelioribus tormentis: unde ingeniosus ille atheniēsis faber nomine Perillus putans regi se maxime gratificaturum q; crudelissimus esset: nouū & infandum tormenti genus excogitauit: & illi pariter ostendit: ut tauro æneo homines includerentur: & subiecto igne fistulis qbusdam spiritū emittentes mugientis bouis uocem imitarentur: qđ tamen ipse inuētor primus expertus est: teste Ouidio libro. iii. de tristibus. dicit enī. ut munus munere penses Da precor ingenio munera digna meo: Dixerat: & phalaris poenæ mirandæ repertor: Ipse tuum præsens inbue dixit opus. Proximum quenq;. Hoc ideo fecit ut regi desperationem excuteret scilicet nominatis proximis & fidelissimis eius & se destitutū esse intelligeret. Increpitans. Hoc modo miror ignauiam uestram Agrigentini q; pro his quæ tolero uos huic tyranno seruire decernitis. Cicero libro. ii. Tusculanarum quæstionum: proponatur īquit zeno eleates: qui perpessus omnia potius q̄ conscios delendæ tyrannidis indicaret.

Despicere
Dispicere
Egredior
Agrigētū
Ouidius
Cicero

hoc certius p̄seuerantiæ expimentū sumere uoluit, cōsueto. n. sacrificauit diutius: nec hac re eū a ,pposito reppulit: si huic miraculo Darius inseruisset oculos: scisset eius stirpis milites uinci non posse cuius infirmā ætatem tanto robore præditam animaduertisset.

Q uid ī hoīe facit uirtus & philosophia.

e St & illa uehemēs & cōstans animi militia litteris pollens uenerabilium doctriæ sacrorum antistes philosophia: quæ ubi pectore recepta est hominum: inhōesto atq; inutili affectu depulso totum ī solidæ uirtutis munimento cōfirmat: potētiusq; metu ac dolore facit.

De Zenone eleate.

i Ncipiā autem a zenone eleate: qui quum esset in dispicienda rerum natura maximæ prudentiæ: inque excitādis ad uigorem iuuenum aīs promptissimus præceptorum fidem exemplo uirtutis suæ publicauit: patriam enim egressus: ī qua frui secura libertate poterat: agrigētum miserabili seruitute obrutum petit tāta fiducia ingenii ac morum suorum fretus: ut sperauerit & tyrāno & phalari uesanæ mentis ueritatem a se diripi posse. Postquam deinde apud illum plus cōsuetudinem dominationis q̄ consilii salubritatem ualere animaduertit: nobilissimos eius ciuitatis adolescentes cupiditate liberandæ patriæ inflāmauit. cuius rei cum īdicium ad tyrānum manasset: conuocato in forum populo torquere eum uario cruciatus genere cœpit: subinde quærens quos nam cōsilii participes haberet: at ille nec eorum quempiam nominauit. & proximum quenque ac fidissimum tyranno suspectum reddidit: increpitansque agrigentinis ignauiam ac timiditatē effecit, ut subito mentis impulsu concitati phalari lapidibus prosternerent. Senis ergo unius eculeo impositi non supplex uox: nec miserabilis eiulatus sed forti cohortatio totius urbis asum fortunamq; mutauit.

Iusdem nominis philosophus. Diogenes laertius de uita philosophoꝝ dissentit a Valerio: nõ enĩ du Diogenes os fuisse zenones qui cruciati fuerint: sed unũ seniorẽ: nec duos tyrannos: sed unũ clearcũ cuius tormenta supauit. ego aũt hunc errorem inde manasse crederim: qđ & heraclides dicit: ꝙ alii mordicus ei abscidisse aurẽ: ut Valerius: alii nasum ut Demetrius: alii neutrũ factũ esse dicunt: inter quos Antisthenes: sed linguã abscisam & dentibus cõtritã: in eius faciẽ expuisse. Alii unũ hæc oĩa fecisse & aurẽ siue nasum mordicus abscidisse: & cũ omnino cõscios cõiurationis ꝓferre cogeret: linguã dentibus cõscissam in os tyrãni conspuisse: quo facto ciues tyrannũ lapidauerũt: & inde ortũ ut hæc duo fecisse uiderent atꝗ alrecũ ꝓ altero positũ. nã cõstat zenonem stoicũ ad nonagesimũ ætatis annũ peruenisse: semp integrum & incolumen: ac sine morbo: & ut refert Apollonius cũ abiret ex schola lapidẽ offẽdisse: digitũ perfregisse: ac manu terrã ferientẽ dixisse ex niobe uenio: qđ me uocas: & continuo se strangulantẽ iterisse. alii uero dicũt ꝙ cũ gingiuarum dolore laboraret: consilio medicorũ se a cibo duos dies continenter abstinuit: quo facto ita conualuit: ut medici eũ quouis genere cibi permitterent uti: hic ꝙ se satis in uita fuisse diceret in ieiuniis persistens inedia consumptus est: De Elearco duce lacedemon. loquit li. ii. capitulo. ii. Lassato ꝓ ipse lapsatus ab equuleo.

laertius

De alio philosopho Zenone.

Iusdẽ nominis philosophus quũ a clearcho tyrãno de cuius nece consiliũ inierat torqueret: supplicii pariter atꝗ indicandorũ gratia cõsciorũ doloris uictor: sed ultionis cupidus eẽ dixit quod secreto audire cum admodum expediret: laxatoꝗ eculeo postq̃ insidiis oportunũ tẽpus animaduertit: aurem eius morsu corripuit: nec ante dimisit: q̃ & ipse uita: & ille corporis parte priuaret.

De Anaxarcho.

Alis patientiæ æmulus Anaxarchus quũ a tyrãno cypriorum Nicocreõte torqueret: nec ulla ui inhibere posset eum quominus amarissimorum maledictorum uerberibus inuicem ipse torqueret: ad ultimum ãputationẽ linguæ minitanti: non erit inquit effœminate adolescens hæc quoque pars corporis mei tuæ ditionis: protinusꝗ dentibus abscissam & comanducatam linguã in os eius ira patens expuit. multorũ autem aures illa lingua & in primis Alexandri regis admiratione sui attonitas habuerat: dũ terræ cõditionẽ: ãbitũ maris sydereum motus: totiusque denique mundi naturam prudentissime & facundissime exprompsit: pœnæ tamen occidit gloriosius q̃ uiguit: quia tã forti fine illustrem professionis actũ comprobauit: Anaxarchique nõ uitã modo deseruit: sed mortem reddidit clariorem.

De Theodoro.

In Theodoro quoꝗ uiro grauissĩo Hieronymus tyrãnus tortorũ manus frustra satigauit. Rupit. n. uerbera: fidiculas laxauit: soluit eculeũ laminas extinxit priusq̃ efficeret: ut tirrãnicidii cõscios

Alis patientiæ æmulus anaxarchus. Anaxarchus diomedis smirnei ut quidã dicunt. ut alii uero Methodori chii auditor olimpiade centesima & uigesima uiguit. hic etiam cũ Alexandro cõgressus est: & de rerũ natura apud eũ acutissime disputans in eius familiaritatẽ se facile isinuauit: habuit Nicocreontẽ cipri tyrannũ acerrimũ inimicũ: cuius odii principiũ inde ortũ est: ꝙ cum anaxarchũ Alexander in conuiuio aliquãdo interrogasset: qđ nã de cœna illa sentiret: cuncta magnifice inqt o rex: uerũ oporteret iam Satrapæ cuiusdã caput apponi nicocreontem semp intuens. quo ille indignatus post Alexãdri mortẽ: cũ Anaxarchus naui forte ueheretur diuinitusꝗ cypro apulisset ab illo captus crudelibus pœnis affectus est. nã eũ tyrãnus malleis ferreis cædi iussit: hinc illud celebre dictũ geminasse dicit. tunde tunde anaxarchi sacculũ. nã Anaxarchũ nihil teris: ꝓ sacculo corpus intelligebat. ꝓ Anaxarcho ipsius animã interiorẽ. Cice. li. ii. tusculanarũ de Anaxarcho demetrico cogitet q cũ cypri in manus timocreũtis regis incidisset: nullũ genus supplicii depcatus est: nec recusauit. sunt q dicũt hũc pcisã linguã ĩ os tyrãni cõspuisse. Inuicem. Vicissim: qa sicut ille tormẽtis ita hic maledictis. Multorũ aures. Deplorat quodãmõ Anaxarchi fortunã. Attõitas habuerat. Obstupesecerat. Terre cõditionẽ Quomõ cõstituta sit. Ambitũ maris. Quod terras ambit. Sydeũ motus. Quia alia sydera aliũ cursũ hẽnt. Totius deniꝗ mũdi. Idest cœli: & græce dixit. nã ο κοσμοσ mũdus & cœlũ dr.

Cicero

In Theodoro quoꝗ uiro. Cõiuratio in tyrãni caput facta indicat p Calonẽ quendã æqualẽ hieronymi: etiã idea puero in oĩa familiaria iura assuetũ: iudex unũ ex cõiuratis Theodori a quo ipe noiatus erat: nõinare potuit: q cõphensus exẽplo traditusꝗ Andromodoro torquẽdus: de seipso haud cunctãter fassus: cõscios celabat: postremo cũ oĩbus ĩtolerãdis humanæ patiẽtiæ cruciatibus laceraret: uictũ malis se simulãs auerrit a cõsciis ĩ isontes indiriũ. thrasonẽ etiã auctorẽ cõsilii mẽtitus: nec nisi tã potẽti duce cõfisus rẽ tãtã ausuros fuisse. noĩabat aũt eos quoꝗ capita uilissima singẽti inter dolores gemitusꝗ occurrerũt maxĩe aĩo tyrãni credibile indiciũ Thraso noĩatus. fecit itaꝗ extẽplo tradit ad suppliciũ adiectiꝗ pœnæ cæteri iuxta insontes. tũ sociorũ nemo: dũ cõscius consilii diu torqueret: aut latuit: aut fugit: tantũ illis in uirtute ac fide Theodori fuit fiduciæ: tãtũꝗ ipi Theodoro uiriũ ad archana occulrãda. Fidiculas. Neruos & cordas tortiles qbꝫ tormẽta dant. ẽ enĩ diminutiuũ a fidis. Laminas. Scilicet ferreas. Extimuit Scilicet can

Fidicula

dentes & accẽsas. Satellitem. Scilicet thrasonẽ quẽ licet Valerius nõ nominet: Liuius tamẽ ita noĩatũ fuisse dicit. Theodoros .xx. fuisse lectũ ẽ: inter quos fuit hic syracusanus: quẽ ẽt de re militari scripsisse legimus.

Solinus

a Pud indos uero patiẽtiæ. Solinus de his ait indi gymnosophistas habẽt q ab ortu usq; ad solis occasũ cõtentis oculis orbẽ cãdentissimi syderis cõtuẽt: ĩ globo ignis rimãtes secreta quædã: harenisq; feruentibus ꝑpetẽ diẽ alternis pedibus ĩsistũt. Stra. li. xv. de his multa: q̃ q̃a longa nimis ꝑtermittenda duxi: uerũ illud ad hanc rem satis erit: q; Onesicritus scribit: se missũ ab Alexãdro: ut cũ gymnosophistis loquere͂t: q; Alexander audiuisset eos nudos ĩcedere & tolerãtiã exercẽtes ĩ honore maxĩo haberi: ad hos uenisse & .xv. hoĩes inuenisse .xx. stadiis ab urbe aliũ in alio gestu uel stãtẽ uel sedẽtẽ uel iacẽtẽ nudũ & usq; ad uesperã immotũ. postea ĩ urbẽ discedere: sed oĩum difficilimũ eẽ solẽ ꝑpeti adeo calidũ ut nemo alius nudis pedibꝰ .s. ĩ meridie ꝑ terrã ire facile ferret. locutumq; cũ uno eoꝝ noie Calano q postea usq; ĩ Persiã Alexãdꝝ secutus ẽ. nec illd ꝑtermittẽdũ cẽseo: q; Aristobdus dicit uidisse se Sophistas duos ex taxillis utrosq; Bragmanas: alteꝝ seniorẽ tonsũ: alteꝝ iuniorẽ comatũ: quos discipuli seq̃bant͂: hos deĩde ad Alexandri mensã assistẽtes cœnare: & patiẽtiã docere: postea ĩ locũ q̃ndã ꝓximũ secedẽtes: seniorẽ supinũ: & solẽ & hibres tolerare. iã enĩ pluebat uere ĩcipiẽte. iuniorẽ uero ĩ altero pede stãtẽ lignũ tricubitale ãbabus manibus sublatũ: sustẽtare. pede aũt iã defesso rursũ ĩ alteꝝ ĩmutare: atq; ita quotidie ꝑseuerare: ex his cõtinẽtiorẽ uisũ fuisse iuniorẽ: q cũ aliquãdiu regẽ secutus fuisset. domũ reuersus ẽ & eo relicto iussit siqd uellet ad se ueniret. Alterũ usq; ad extremũ secutũ & uestẽ & uitã apud regẽ ĩmutasse: & cũ a q̃busdã ĩcreparet͂ respõdisse. q; .lx. exercitatiõis annos cõplesset quos ꝓmiserat Alexãdꝝ filiis eius dona pluria dedisse: de his quoq; Plini. li. vi. natu. hist. & Lucanus li. iii. mentionẽ facit. Cice. li. v. tusculanaꝝ q̃stionũ inq̃t q̃ barbaria india uastior & agrestior: ĩ ea tamẽ gente primũ hi q sapientes habent͂ mihi ætatẽ agunt & caucasi niues: hyemalemq; uim ꝑferũt: sine dolore: cũq; ad flãmã se ipplicauerint sine gemitu aduruntͥ gymnosophistæ adeo sibi patientiã q̃si ꝓpriã uẽdicãt: ut uitã suã nudi semꝑ ducãt. unde etiã gymnosophistæ dicunt͂: q; nudi philosophent͂ ut supra diximus. Durantes. Dura reddẽtes. Mõ flãmis sine. Aut q̃a ut diximus harenis feruentibus ꝑpetẽ diẽ alternis pedibus insistũt: aut q̃a gymnosophistæ cũ diu se satis uixisse arbitrarent͂: instructo rogo uiui conburi patiebant͂. Legitur etiam de socrate: apud Aulũ geliũ li. ii. ca. i. q; stare solitus esset pertinaci statu perdius atq; pernox a summo lucis ortu ad solẽ alterũ orientem: incõniuens immobilis iisdem uestigiis: & ore atq; oculis in eundem locum directis cogitabundus tanq̃ quodã secessu mentis atq; animi facto a corpore. temperantia quoq; fuisse eum tanta traditũ est ut omnia uitæ suæ tempora ualitudine in offensa uixerit.

Aristobdꝰ

De duobꝰ sophistis

Plinius

Lucanus

Cicero

A. gellius

idicaret. Quin etiã satellitẽ ĩ quo totius domĩatio sũma q̃si quodã cardine uersabatur: falsa criminatione inquinando: fidũ lateri eius custodẽ eripuit: beneficio q; patientiæ non solum que oculta fuerũt texit: sed etiã tormẽta sua ultus est: q̃bus Hieronymus dũ inimicũ cupide lacerat: amicum temere perdit.

a Pud indos uero patiẽtiæ meditatio tã obstinate usurpari creditur: ut sint qui oẽ uitæ tempus nudi exigant: modo caucasi montis gelido rigore corpora sua durantes: modo flãmis sine ulla gemitu obiicientes: atq; haud parua his: haud nulla gloria cõtemptu doloris acquiritur: titulusque sapientiæ dat͂. hæc e pectoribus altis: & eruditis orta sunt.

De quodam seruo.

i Llud tamẽ nõ minus admirabile qđ seruilis animus cœpit. Seruus barbarus Asdrubalẽ: q; dominum suum occidisset: grauiter ferens subito aggressus ĩteremit: Quin que compræhẽsus omni mõ cruciaretur: lœtitiam tamen quam ex uindicta cæperat in ore constantissime retinuit.

n On ergo fastidioso aditu uirtus excitata igenia uiuida ad se penetrare patitur. Neq; haustũ sui cũ aliquo ꝑsõarũ discrimĩe largũ malignũ ue prebet: sed oĩbus æq̃liter exposita quid cupiditatis potius quam quid dignitatis attuleris extimat: inque captu bonoꝝ suorum tibi ipsi pondus examinandum relinquit: ut quãtum subire animo sustinueris. tantum tecũ auferas: quo euenit: ut & humili loco nati ad sũ

i Llud tamen seruus barbarus. Barbarus q̃dam Hasdrubalẽ ob irã interfecti ab eo domini palam obtruncat. cõpræhensusq; a circũstantibus haud alio q̃ si euasisset uultu: tormentis quoq; cũ laceraret͂ eo fuit habitu oris: ut supante lœticia dolores: ridẽtis etiã spẽm ꝓbuerit. Iustinus in fine suorũ epitomatũ ubi de laudibus hispaniæ loquit͂: Sæpe tormentis inq̃t ꝓ silentio rerũ creditaꝝ sunt mortui: adeo illis fortior taciturnitatis cura q̃ uitæ cælebrat͂: eadẽ etiã bello punico serui illius patiẽtia: q ultus domini necẽ inter tormenta risu exultauit: serenaq; læticia crudelitatem torquentiũ uicit. Omni modo. Omni genere supplicii. Constantissime retinuit. Quia semper ridebat.

Iustinus

On ergo fastidioso Ergo inquit uirtus non fastidit quenq̃ cuiusq; conditionis sit ad se penetrare.

n Viuida. Feruida & uiuacia. nam segnis contrarium uiuido: unde & quasi sine igne dicitur. Cum aliquo personarum discrimine. Non facit uirtus sicuti personarũ receptores q magnos & dignitate præstãtes admittunt. humiles uero & abiectos reiciunt. Malignũ. Angustum: ut sub luce maligna. Inq; captu.

Tibi inquit curã relinquit:q̃tũ ex ea capere uelis tantũq; tecũ semp habeas q̃tũ tui animi magnitudo cõplexa fuerit: nec eiusmodi est uirtus: ut his seqdẽ totã pbeat:illis p exiguã partẽ cõcedat:sed eq̃liter se oĩbꝰ exponit. nã si magni animi fueris ut ex ea te multũ capere posse cõfidas:multũ tibi ex se auferre pmittit:q; si pusilanimus fueris paꝝ ex ea cõsequeris:unde extat carmẽ.Nobilitas sine mẽte ruit sapientia uiles Eleuat.haud uirtus refugit quicunq̃ sequeẽ. Splendidam relatu.Nã omnes libẽter audiũt eos qui ex humili loco nati sunt ad sũmum dignitatis gradum euasisse:& ita non ex abrupto transitum facit ad sequens capitulum.

De his qui humili loco nati clari euaserunt. Capitulum.IIII.

mam dignitatem consurgant. & generosissimarum imaginũ fœtus in aliquod reuoluti dedecus:acceptã a maioribus lucem in tenebras conuertant. quæ quidẽ planiora suis exemplis redduntur:ac prius de his ordiar:quorum in meliorem statum facta mutatio: splẽdidam relatu præbet materiam.

De his q̃ ĩfimo loco nati clari euaserũt. Capi.III.

i N cũabula.T.hostilii agreste tuguriũ cœpit. eiusdem adolescentia in pecore pascendo fuit occupata:ualidior ætas imperium romãum rexit & duplicauit. Senectus excellẽtissimis ornamentis decorata ĩ excellẽtissimo maiestatis fastigio fulsit.uerũ si Tullus magnus:& admirabilis incrementi: domesticum tamen exemplum est.

t Arquiniũ autem priscum ad romanum imperium occupãdum fortuna in urbem nostram aduexit:alienum:q; exactum:alieniorẽ:q; ortum corintho fastidiendum:q; mercatore genitum:erubescendum q; etiam exule demarato natum patre. Cæterum tam prosperum conditionis suæ euentum in

i N cunabula Tulli hostilii. Cõstat Tullũ hostiliũ tertiũ romanoꝝ regem humili loco natũ ĩ casa pastoris fuisse educatũ. hũc Liuius dicit nepotẽ fuisse illius hostili q fortiter pugnans aduersus sabinos in lacũ curtiũ lapsus ẽ:q deĩde locus hostilius dictus est. Dionysius plurimũ dissentit a Valerio:nã ĩ pricipio li.iii. hũc ex genere honesto & opibus potẽtem fuisse ostẽdit. dicit.n. Numa Põpilio mortuo factus iteꝝ senatus reipublicæ dominus in eodẽ genere regiminis nec ĩuito populo pmanẽdi cẽsuit:cõstituitq; ireꝝ ex senioribꝰ ĩ pfinitũ q̃dã dieꝝ numeꝝ pfututos uerbi ĩter reges a qbus deinde is quẽ populus oĩs ptulit: Tullus hostilius rex dictus est. eius autẽ genus hoc fuit:ex urbe Medulia:quã ab albãis cõditã romulus fœdere suscipiẽs:ro. coloniã fecerat uit q̃dã generosus & opibus pollẽs Hostilius noĩe romã cõmigrãs uxorẽ duxit ex genere sabinoꝝ. Serulii filiã eã ipsã q̃ gẽtilibus suis fœminis bello Sabino cõsuluerat legationẽ suscipiẽdã p uiris ad pũes:quæq; etiã uisa erat cõciliãdoꝝ ducũ cã fuisse pcipua. hic igiẽ uir multis in bellis sub romulo militãs claris editis facinoribꝰ bello sabino iterit filiũ reliquẽs unicũ:sepeliturq; a regibꝰ ĩ optimo fori loco:uirtutẽ eius testãtis tituli in pscriptiõe dignatus. ex hoc aũt filio uiro facto & illustrẽ ducẽte fœminã Tullus hostilius est genitus:uir pmptus & alacer qui rex deĩde creatus est cũ suffragiis ciuilibus de eo latis ex lege:tũ uero Numæ secũdis auguriis firmãte quæ populo uisa erãt & cætera. Imperiũ ro. Quia eius auus se bello sabino fortiter gessit:rex romæ creatus est. Duplicauit. Quia oẽm populũ albanum romã traduxit euersis mœnibus & solo pstratis hæc causa fuit:q; bello fidenati ĩfidi fuerũt populo romano. In altissimo maiestatis fastigio. Quia iam senex animũ religionibus adiecit quo antea nihil minus ad regnũ pertinere putauerat.

t Arqniũ aũt. Hic est targnius priscus. a quo supbus deĩde natus est. Exactũ. Ciuitate eiectũ nã exige Exigere re ĩter alia significata & expellere significat. unde Terẽtius: spectãdæ an exigendæ sint fabulæ: huius Terentius aũt expulsionis cã fuit:q; pñ tyrãnidẽ cypsili fugiebat. Exactũ. Dionysius li.iii. Nõ exactũ sed spõte discessisse Dionysius dicit:cũ multaꝝ ex mercatura pecuniaꝝ dominus fcũs eẽt:nã occupãte inqt corĩthũ seditiõe & ĩstãte brachiadis cypselli tirãnide cũ haud tutũ uideret sub tirãnide uiuere hoiem pserti multa possidẽtẽ:eũq; ex familia factiõis optimatũ:cõpositis rebus suis q̃scũq; erat ferri possibile corintho soluens pfectus est:habẽsq; amicos multos ex etruscis & bonos pter cõtinua cõmertia:maximeq; targnis urbe magna aliquãdo & fœlici domũ sibi ibi cõstruit:& uxorẽ genere illustrẽ ducit:& cætera. Fastidiẽdũ. Cõtẽnendũ uili cõditione hoiem.

Erubescẽdũ. Quod filius exulis regnauerit romæ:nã huius pater Demararhus exul pña se ad targnios cõtulit:& ibi duxit uxorẽ ex qua Aruntẽ & Lucumonẽ genuit. Aruns grauida uxore relicta mortem obiit ante patrẽ suũ:q haud ita multo post cũ diẽ suũ obiturus esset ignorãs nuꝝ ferre uẽtrẽ ĩmemor ĩ testãdo nepotis: solũ Lucumonẽ reliquit hæredẽ. & puero in nullã sortẽ bonoꝝ nato Egerio cognomẽ ĩditum est: Lucumo cum omniũ bonoꝝ hæres relictus in sũmis diuitiis esset uxorẽ nobilẽ duxit:tanaquilẽ:quæ cum uiꝝ suum tarquinus nõ satis pro dignitate honoratũ esse uideret. migrãdi romã cõsiliũ dedit uiro:ubi oĩs repẽtina ex uirtute nobilitas fieret & cũ ad ianiculũ uẽtũ esset:carpẽto sedẽti cũ uxore aquila suspẽsis demissa leniter alis pileũ aufert:supq; carpentũ cũ magno clãgore uolitãs rursus ueluti ministerio diuinitus missa capiti reposuit:id omen læta dicit Tanaquil accepisse:& cõtinuo uiꝝ cõplexa alta sperare iussisse: hic igiẽ cũ beneficiis multoꝝ sibi ciuiũ beniuolẽtiã cõciliasset eo usq; pcessit:ut ĩ sũmã Anci regis familiaritatẽ ueniret:a quo liberoꝝ etiã tutor ĩstitutus est. & post mortẽ Anci regnũ ĩtercepit. Dilatauit. Prorogauit:nã sabinos bello superauit & eis collatiã ademit:& quicquid agri citra collatiã erat:omnẽq; latinũ nomen domuit:& multas latinoꝝ ciuitates populi romani imperio subegit uidelicet apiolas:corniculum:ficulneam:cameriam:crustomnium.

Cultum deoꝝ nouis sacerdotiis. Quia auguꝝ collegium summo in honore haberi uoluit: adeo ut nihil priuatum uel publicæ ageretur nisi prius captatis auspiciis: qđ ide factum est. quia cum uellet cutiis a romulo institutis nouas addere curias: nautius augur id nisi diis prius per auguria cōsultis fieri posse negabat. Rex uero eius arti fidem eleuans: consule inquit aues fieri ne possit qđ animo concipio: qđ cum ille captatis auguriis fieri posse respondisset: cape inquit hanc cotem eamqꝫ nouacula discinde. At ille incōtanter accepit ac secuit: tunc rex cœpit & arti fidem & auguribus honorem maximum adhibere. Numeꝝ senatus. Quia centum patres adiecit ordini senatorio: qui minoꝝ gentium appellati. Equestrem ordinem. Quia centurias institutas a romulo auxit: ut in tribus cēturiis mille & tricenti equites essent.

i N tullo uero seruio. Tota historia repetēda quæ in primo li. dicta est in ca. de prodigiis. fuit autem secundum fabulas ut diximus Vulcani filius & chrysiæ.

Pli. de uiris illustribus

Vernam. Seruū ex ancilla natum. Plinius de uiris illustribus. Seruus tullius inqt: publii corniculani & chrysiæ captiuæ filius cum in domo Tarquini prisci educaretur flāmæ species caput eius complexa est. Titulus ipsius statuæ. Quia ita iscriptus est. Seruii Tullii regis ro. statua. Seruilii cognomine. Quia dicit serui qd a seruo nomen habuit q̄uis Liuius dicat patrem huius seruium appellatum esse principem in Corniculo ciuitare: & probat hunc nō seruum fuisse nec serua natum.

m Iro quoqꝫ gradu Varro. Quā humili loco hic sit natus ostēdimus in capitulo de neglecta religione. cum igitur fauore plebis: patribus nequicq̄ resistentibus cōsul creatus esset cum. L. Paulo grauissima clades illa tātopere celebrata a scriptoribus apud cānas apuliæ uicum fuit romanis illata: cuius causa & auctor fuit hic Terētius Varro. Macellaria. Non laniena: sed ubi obsonia uendebantur a Macello quodā qui cum patriam ꝓdere uoluisset: damnatus est & capite punitus ædes eius solo adequatæ: in area ubi ædes fuerant uēdi cœperūt obsonia. Capturis. Questibus hæc captura dicitur. Excudit. Expressit; translatio a fabris qui ferrum cudentes in cuiuspiam instrumenti formam efficiunt.

Macellū

n On paruus consultus rubor. M. perpēne. Hic græcus fuit: & in urbem peregrinus uenerat: deinde cum se gratiosiorem patribus fecisset: & magnas opes comparasset: eo processit res ut cum comitia haberent ausus fuit petere consulatum: quem etiā obtinuit. multa hic rei militaris documēta dedit: adeo ut prius pœne consul q̄ ciuis missus gratia Aristonicum fuit ut supra diximus. nā Aristonicus rex eumenii filius asiam Attali regis toto populo romano legatam occupauerat: aduersus quem. P. Licinius crassus & idem pontifex maximus quod nunquā antea factū fuerat: cum exercitu missus qui rem infœliciter gessit. & per insidias interceptus occubuit. postea uero. M. perpenna exercitum aduersus hunc Aristonicum duxit: & eum superatum in deditionem accepit ac de illo triumphauit: deinde cum Sertorius hostis patriæ iudicatus fuit hic socius eius fuit: Pompeius & Metellus consules aduersus sertorium in hispaniam cum exercitibus missi sunt: ubi cum sertorius omnibus fere prælius uictor euasisset ad ultimum proditione suorum occiditur: cuius proditionis princeps fuit M. perpennæ: qui deinde successit ei: & cum Pompeius intelligeret se rem habere cum uno duce: & longe inferiore sertorio: sex cohortes obiecit ei: quæ tanquam pabulatum irent: per agros euagarentur: & spem bene gerendæ rei perpennæ facerent: quod etiam ita euenit: nam ubi cohortes romanas pallantes per agros animaduertit eas toto cum exercitu inuasit: quæ fugam simulantes perpennam cum exercitu suo ad insidias pertra

dustriosum pro inuidioso; gloriosum pro inuiso reddidit. dilatauit enim fines romāi populi: cultum deorum nouis sacerdotiis auxit: numerum senatus amplificauit; equestrem ordinē uberiorem reliquit; quæque laudum eius cōsūmatio est præclaris uirtutibus effecit: ne hæc ciuitas pœnitentia mageret; ꝗ regē de finitimis potius mutuata esset; q̄ de suis legisset.

De Tullo Seruio rege.

i N Tullo uero Seruio fortuna præcipue uires suas ostendit. Vernam huic urbi natum regē dando: cui quidem diutissime imperium obtinere: quater lustrum condere; ter triumphare contigit. ad summam autem unde processerit; aut quo peruenerit statuæ ipsius titulus abunde testatur: seruili cognomine: & regia appellatione perplexus.

De Varrone.

m Iro quoqꝫ gradu Varro ad cōsulatum ex macellaria patris taberna conscendit; equidem fortunia patum duxit; sordidissime mercis capturis solito duodecim fasces largiri: nisi etiam. L. Aemilium Paulum dedisset collegam: atqꝫ ita se in eius sinum infudit: ut cum apud cannas culpa sua uires popu. roma. exhausisset: Paulū quoque qui prœlium committere noluerat occidere pateretur: illum in urbem incolumem reduceret. quin etiam senatum gratias ei agētem: ꝗ redire uoluisset: ante portas eduxit: excuditqꝫ: ut grauissimæ cladis auctori dictatura deferretur.

De. M. perpenna

n On paruus consulatus rubor Marci perpēnæ utpote qui consul antequam ciuis: sed in bello gerendo utilior aliquādo reipublicæ: Varrone imperatore: regem enim Aristonicum cœpit: Crassianæqꝫ stragis punitor extitit. cum interim cuius uita triū

xerunt, ubi cum milites uiuum Perpennam ad Pompeium deduxissent: eum lege papia iterfici iussit: utpote qui hostis patriæ iudicatus esset. Nãq; potentiæ eius. bene dico. M. perpennam lege papia per Pompeium interfici iussum: cum patrem illius iudicio sabelli tribuni plebis damnatum: se ciuem romanum: & ciuis romani iura usurpantem in pristinas sedes redire cogerunt. In pristinas sedes. In græciam. Nomen adumbratum. Translatio a pictoribus: qui primo quidem formã imaginis adũbrant: deinde coloribus illã distinguũt: & sicin imaginẽ redigũt. adũbrare pprie est alicuius rei formã inducere. ergo nomẽ adumbratũ: quia principia quidẽ. M. perpennæ sũmæ claritati & gloriæ formã induxerũt: sed exitus formã illã adũbratã in uerã splẽdoris imaginẽ exprimere nõ potuerũt.

Adũbrare

phauit mors papia lege damnata est. Nanque patrẽ illius nihil ad se pertinentia ciuis romani iura complexum Sabelli iudicio petitum redire i pristinas sedes coegerunt. Ita Marci perpennæ nomẽ adumbratum falsus consulatus caliginis simile imperium: caducus triũphus: aliena i urbe iprobe peregrinatus ẽ.

De. M porcio catone.

m Arci uero Porcii catonis incremẽta publicis uotis expetẽda fuerũt: qui nomẽ suũ tusculi ignobili romæ nobilissimũ reddidit: ornata sunt enim ab eo supra litterarũ latinarũ monumenta adiuta disciplina militaris: aucta maiestas senatus: progata familia. in qua maximũ decus posterior est ortus Cato.

Externa exempla. De Socrate.

s Ed ut romanis externa iungãus. socrates nõ solũ hominũ cõsensu: uerumetiã apollinis oraculo sapiẽtissimus iudicatus: Phanarẽte matre obstetrice & sophronisco p̃re mormorario genitus ad claris-

Falsus cõsul. Quia cũ ciuis nõ esset cõsul eẽ non debuit. Caliginis simile iperiũ caducus triũphus. i. caducũ & obscurũ: quẽadmodũ est caligo: quã cum sol uehementior impulerit: eam continuo dissipat.

m Arci uero porcii Catõis. Pli. de ui. illu. M. porcius cato genere tusculanus. A Valerio flacco romã sollicitatus tribunus militũ in Sicilia: quæstor sub Scipione fortissimus & p̃tor iustissimus fuit: in p̃tura Sardiniã subegit: ubi ab Ennio græcis litteris instructus cõsul celtiberos domuit: & ne rebellare possent: lr̃as ad singulas ciuitates misit, ut muros diruerẽt: cũ unaq̃q; sibi soli iperari putaret: fecerũt Siriaco bello tribunus militum sub. M. Attilio galabrione occupatis thermophylarũ iugis p̃sidiũ hostiũ depulit. Censor. L. flamminiũ cõsularẽ senatu mouit: q; ille i gallia ad cuiusdã scorti spectaculũ eiectũ e carcere in cõuiuio iugulari iussisset: basilicã suo noẽ primus fecit: matronis ornamẽta erepta opia lege repetẽtibus restituit: accusator assiduus malorũ: galbã octogenarius accusauit: ipe q̃di ages q̃ter accusatus gloriose absolutus carthaginẽ delendã censuit: imago huius funeris gr̃a p̃duci solet.

Pli. de uiris illustribus

Plutarchus dicit hũc genere tusculanũ fuisse: & priusq̃ ad militiã atq; rẽpublicã se cõferret in agro paterno circa sabinos uixisse. cuius cum maiores prorsus ignobiles esse uiderentur: ipse Cato. M. patrẽ ut uirũ bonum fortem ac in re militari uersatum efferret laudibus: catonẽ etiam proauum sæpenumero præmiorũ honore ab imperatoribus laudatum: & quinq; bellantium equorũ quos inter dimicandum amiserat præciũ fortitudinis suæ testimonium a populo sibi restitutũ refert: cum ex more romani eos qui generis gloria carentes a se ipsis initium caperent nominis sui nouos homines quẽadmodum & ipsum Catonem appellarẽt: ipse ad gloriam quidem magistratus se nouum esse: rebus uero gestis ac uirtute maiorũ uetustissimum p̃dicabat. principio autem tertio nomine: non Cato: sed priscus uocabatur. cõsequenti tempore Cato ei uirtutis cognomentum extitit. nam romani eum in quo multarũ rerũ usus ac experientia sit catonẽ nominant. Hæc Plutarchus in uita catonis. Incrementa. principia. ita quidem. M. perpẽnæ egregia fuere primordia: exitus minus probabiles habuerunt: sed. M. porcii catonis uitæ totius tenor idem extitit. Tusculi. municipii ro.

Plutar.

Tusculũ

Monumenta. historiæ. nam librum de originibus edidit: uidelicet de quacũq; familia romana: unde originem habuerit: & quid a quaq; gẽte acceperit roma. Idem summus orator fuit. Horatius in poetria. Eum lingua catonis & omni sermone patrium ditauerit. Et Cicero li. de oratore. iii. quid inquit. M. catoni præter hanc politissimam doctrinam transmarinam atq; aduenticiam defuit. nam quia ius ciuile non didicerat: causas non dicebat: aut quia poterat dicere ius negligebat: aut utroq; in genere & laborauit & præstitit: non propter hanc ex priuatorũ negociis collectam gratiam tardior in repu. capessenda: nemo apud populum fuit fortior: nemo melior senator: & idem optimus imperator: deniq; nihil i hac ciuitate temporibus illis sciri discique potuit: q̃d ille non tum etiam inuestigauerit & sciuerit: tum etiam conscripserit: & cætera. Adiuta militaris disciplina. quia bello omnem ferme hispaniam imperio populi Ro. subegit ductu: & auspiciis suis.

Horatius

Cicero

Aucta maiestas. quia in ordinem senatorium electus. Prorogata. propagata. Posterior ortus. qui Uticensis dictus est. Socrates non solum. hic fuit atheniensis philosophus clarissimus ex pago alopocensi filius Sophronisci marmorarii & pharnaretæ obstetricis: fuitq; ut quidam ferũt anaxagoræ primum auditor: deinde archelai: cui successit in schola. hic animaduertẽs speculationis naturalis nullum fructum esse: q̃rum ad cõmoda uitæ spectaret: primus ethicẽ: hoc est moralem philosophiã inuenit relicta naturali. nam teste Cice. in prologo quinti li. tuscu. q̃stũ. primus de cœlo philosophiam euocauit & in urbibus collocauit: in domosq; itroduxit: & coegit: de moribus & uita rebusq; bonis & malis quærere. q̃obrem ut scribit Soli. non solũ consensu hominum: uerũetiam apollinis oraculo fuit sapientissimus iudicatus. nam ingressum forte apollinis templum phithia. i. phœbas apollinea ita illum excepisse fertur Salue sapientissime oĩum:

De socrate

Solinus

Laertius fuitq̨ orator ꝓmptus:acer.primus teste Fauonio cũ eschine discipulo oratoriæ artis cāpos aperuit: fuitq̨ illi cura etiā corporeæ exercitatiōis:atq̨ erat p̄clari habitus:ut dixit Laertius.unde suadebat discipulis suis:ut se crebro tuerent̄ in speculo.ut qbus eēt corpis dignitas a natura donata:eā itegrā nullis uitiis corruptā cōseruarēt.qbꝫ uero negata fuisset:uirtute cōpararēt:ut aīo si nō corpe hoībus placerēt:militauitq̨ quādo q̨:& xenophōtē ab equo deiectū in p̄lio fcō uiriliter suscipiēs saluū reddidit fugiētibus atheniēsibus uniuersis in bello nauali uicit:uictoriāq̨ alcibiadi cōcessit:quē ipse teste Aristippo suis manibꝫ armauerat:de quo alia dicemus in ca.de sapiēter dictis. Cũ erudi.cum cæteri phī in cognitiōe naturali tps tererēt:primus ipe relicta naturali:moralē phīam i q̄ hoīes rōnē bene recteq̨ uiuēdi specularent̄ iuenit. Mēsurasq̨ solis.i. magnitudinem solis:lune & cæteroꝝ sydeꝝ.

Solis.quē alii duplo:alii triplo terra maiorē dicūt.Lunā æque magnā ac terrā dicūt.magis loquacibus qbusdā cōiecturis ducebant̄ q̄ certis rōnibꝫ:ut de his rebꝫ disputarēt. Intima.s. pte.uidelicet aīo. Repositos affectus.irascibilē.concupiscibilē:rōnalē:ex qbus q̄si fontibus oēs animi ꝑturbatiōes deriuant̄.

q Vā matrē euripides.Cōstat hūc in familiaritatē Socratis maximam & iura uenisse:adeo ut sint q dicāt Socratē fuisse q scripsit tragœdiā Euripidis.Syropus etiā dicit Euripidis liguā Socratē iuuisse:& Aristophanes dicit Socratē fuisse Euripidē.Hæc historia notabit̄ i ca.de fiducia.

Plutar. Demosthenis p̄rem Plutarchus demosthenē noīatū fuisse dicit:illūq̨ teste Theopōpo historico uiꝝ ꝓbū & honestū Macheropiū cognomīatū:ab officina gladiorū quā athenis egregiā multisq̨ artificibus seruis īstructū hēbat:qd̄ &

Iuuenalis Iuuenalis affirmat in satyra oībus i terris.cū dicat.Quē p̄r ardentis massæ fuligine lippus.A carbone & forcipibꝫ gladioq̨ parāte īcude: & luteo uulcāo ad rhætora misit.Matrē uero eius Eschines rtadit ex barbara muliere & atheniēsi quodā exule natā.Id ueꝝ sit nec ne īcertū ē.nā ad falsā calūniā id obiectū Demostheni ab emulo putat̄.fuit autē demosthenes orator oīum maximus:ut sub oratoris noīe:apud græcos Demosthenes ītelligat̄:sicut apud nos Cicero:& constat qdē paruū admodū orphanū fuisse:q cū se a tutoribꝫ suis deceptū fuisse cognosceret:statuit oīno artē oratoriā asseq plenissime:ut ab his ius suū aliquando reposceret:sed oīa a natura suo ꝓposito hēbat aduersa:q̄ tamē studio & īdustria supauit:ut ī ca.de īdustria dicēus. Quā

Theopōpus matrē.Theopōpus teste Gelio dicit Euripidis matrē olera uendentē quottidianū sibi uictū miserabiliter quæritasse.

a Diciam eiusdē scænæ. Hic musicæ artis peritissimus fuisse tradit & discipulū habuisse in eo genere non mediocriter eruditum: sed parum populo gratū ac propemodum cōtemptibilem qd sæpe fieri solet in omni cuiusq artis generes. qd cū uidisset eius præceptor: ut ostenderet artem ex omni parte perfectam etiam si contemnatur: per se tamen satis laudabilem astantibus cunctis & audiētibus discipulo dixit mihi cane & musis. quia uidelicet ars perfecta etiam si a nullo probetur: tamen per se ipsa satis laudabilis est. Aditiam scænæ. nam in scæna recitantibus tragœdias mimis tibiæ semper adhibebantur. Parum fœliciter populo se approbāti. quia in eo genere artis parū erat populo gratus. Lenocinio defecta. i. blanditiis: uidelicet externa laude destituta. nā quēadmodū lenones adolescentibus blandiuntur: sic etiam fortuna modo huic: modo illi blanditur & fauet. Domestico iudicio. quia scit iam sibi obligatam esse laudem.

z Eusis autem cū helenā pinxisset. Inter primos suæ ætatis pictores hic præcipuū loci obtinuisse fertur quē Pli: tantā ex ea arte gloriā & opes cōparasse dixit: ut gratuito pīgere & elargiri opera sua nō si pictore dubitaret: existimans illa nō satis digno precio posse cōpensari. dr in certamē descendisse cū parrha-

(Margin: Pli. de zeu pictore)

Cicero

sio & ab illo superatus. nã cũ detulisset uuas tanto successu depictas, ut aues in scenã aduolarent: parrhasius detulisse fert linteũ auibus pictũ ita ueritaté repsentantibus: ut zeusis alitũ iudiciũ timens ingenuo pudore palmã ei cõcesserit. hic uero in foemineo corpore pingẽdo cæteris oĩbus antecessit. nã ut Cice. meminit ĩ arte ueteri a crotoniatis ĩgẽti pcio cõductus ut iunonis tẽplũ qd illi magnificũ satis cõdiderãt egregus figuris locupleraret. post absolutũ opus: ut excellenté muliebris formæ pulchritudiné muta ĩ se imago contineret: helenæ dixit se uelle pingere simulachrũ: petiitq a crotoniatis uirgines quas oĩum formosissimas haberent: illi publico de consilio uirgines in locũ unũ cõduxerunt: & pictori quas uellet eligendi potestaté dederũt. ille aũt ex oĩbus qnq delegit ĩ qbus uerissimũ pulchritudinis iudiciũ haberet. neq enĩ putauit oĩa q̃ ad uenustaté q̃reret in uno se corpore posse reperire. Pli. uero li. xxxv. nõ id fecisse crotoniatis: sed agrigẽtinis: zeusis in qt tẽtus diligẽtia fuit ut Agrigẽtinis facturus tabulã quã ĩ templo iunonis laciniæ publice dicarent inspexerit uirgines eorũ nudas & qnq elegerit: ut qđ in quaq laudatissimũ esset pictura redderet. Quod uero ad eius fiduciã ptinet: cũ helenã pinxisset: nõ expectauit hominũ iudiciũ de opere tãto: sed statim fiducia maxĩa ductus suũ ipse opus homeri uersibꝰ cõprobauit: his uidelicet. ου νεμεσις τρωας τε και εϋκνημιδας αχαιους. τοιη δ' αμφι γυναικι πολυν χρονον αλγεα πασχειν. αινως αθανατησι θεαις εις ωπα εοικεν. Haud turpe est troas fulgẽtisq ære pelasgos: Cõiuge pro tali diuturnos ferre labores. Aeternis facies nimis est æquãda deabus. Alii sic trãstulerũt Non dedecus troas achiuosq ære nitentes: Pro tali suffetre nuru lachrymabile bellũ. Aeternis certe est nimis assimilianda deabus.

Plinius

ουνεμεσισ Τροασ Τεκαι εϋκνημιδας αχαιουσ. τοιη δ' αμφι γυναικι πολλην χρονον αλγεα πασ αινωσ αθανατησι θεαισ εισ ωπα εοικεν (χειν

adeo ut dextræ suæ multũ pictor arrogauit: ut ea tantũ forma cõprehẽsum crederet: q̃tũ aut læda cœlesti partu edere: aut Homerus diuino ĩgenio exprimere potuit.

De Phidia pictore eximio.

P Hidias quoq Homeri uersibꝰ egregio dicto allusit. simulachro. n. iouis olympi perfecto: quo nullũ præstãtiꝰ aut admirabiliꝰ hũanæ fabricatæ fuit mãus. interrogatus ab amico: quo nã mẽtẽ suã dirigẽs uultum iouis propemodum ex ipso cœlo petitũ: eboris liniamentis esset ãplexus: illis se uersibus quasi magistro usum respondit.

η και κυανεησιν επ' οφρυσι νευσε κρονιων.
αμβροσιαι δ' αρα χαιται επερρωσαντο ανακ-
τος κρατος απ' αθανατοιο μεγαν δ' ελελιξεν (τος
ολυμπον.

De Epaminunda.

N On patiũť me tenetioribꝰ exẽplis diutius insistere fortissimi duces. siqdẽ Epaminũdas cũ ei ciues irati sternẽdarũ ĩ oppido uiarũ contumeliæ cã curã mãdarẽt; erat. n. illud ministeriũ apud eos sordi

Macrobius de phidia pictor.

P Hidias quoq hoẽri uersibus. Statuarius hic nobilissimus fuit tãta fiducia pditus: ut teste Macrobio cũ iouem olympiũ pingeret: interrogatus de quo exẽplo diuinã mutuaret effigiẽ: respõdit archetypũ iouis in his se tribus homeri uersibus inuenisse. η και κυανεησιν επ' οφρυσι νευσε κρονιων. αμβροσιαι δ' αρα χαιται επερρωσαντο ανακτος. κρατος απ' αθανατοιο μεγαν δ' ελελιξεν ολυμπον. qui uersus sic sunt in latinũ traducti: Atq superciliis Saturnius ãnuit atris. Ambrosiæ fluxeræ comæ de uertice regis Aeterni: ast nutu magnũ cõcussit olympũ. De superciliis & crinibus se totũ iouis uultũ collegisse ait. de quo Plini. li. vii. natu. histo. Phidiæ iupiter inqt olympius quotidie artificii excellentiæ testimoniũ phibet. Rursus li. xxxii. Phidiã clarissimũ eẽ p oẽs gentes q̃ dei iouis olympii famã intelligũt nemo dubitat: sed ut merito laudari sciãt: etiã q opera eius nõ uiderũt pferimus argumẽta parua & ĩgenii tãtũ: neq ad hoc iouis olympii pulchritudine utemur: non mineruæ athenis factæ amplitudine: cũ sit ea cubitorũ. xxvi. ebore: hæc ex auro cõstat sed ĩ scuto eius ĩ quo amazonũ pliũ celauit ambitu eiusdẽ cõcaua parte: & gigãtũ dimicationẽ: in soleis uero laphitarũ & cẽtaurorũ adeo momẽta oĩs artis illi fuere: in basi autẽ qđ celatũ est: dii sunt triginta numero noscentes uictoriã

Plinius

Quintilia.

mirabilẽ pcio. mirabimur etiã serpẽtes q sub ipsa cuspide æreã spigẽ habẽt. hæc Plinius. Quĩtilianus li. vii. de institutione oratoria: hũc dicit in diis q̃ hominibus fingẽdis lõge meliorẽ fuisse artificẽ: in ebore uero longe citra Emiliũ: uel si nihil nisi mineruã athenis aut olympiũ in elide iouẽ fecisset: cuius pulchritudo adiecisse aliqd etiã receptæ religioni uideť. adeo maiestas operis deũ æquauit. Cice. quoq li. tuscu: questi. i. Quid. n. Phidias sui oris similẽ speciẽ adeo artificiose inclusit in clypeo mineruæ cũ inscribere non liceret: q ea cõuulsa tota operis colligatio solueretur. De cælo petitum. i. iouem ipsum in cœlo quo modo stare consueuit aliquãdo uidisset melius certe nõ effinxisset: Eboris liniamẽtis. quia imagines ex ebore formatæ ex liniamentis consistunt. Vel lineamentis. hoc est adumbrationibus.

Cicero

N On patiunť me. Ad exẽpla memoratu digniora trãsgrediť; qppe de clarissimis & ducibus & regibus dicturus primõ aũt de Epaminũda pponit exẽplũ: cuius adeo fiducia munitũ pectus fuisse tradit: ut cũ eius ciues irati uel ĩuidia ducti sternẽdis uiis qsi uilissimo officio ignominiæ gr̃a pfecissẽt: ille munus nõ cũctãter nec fastidio se susciperet: dicẽs effecturũ se breui: ut illud ministeriũ qd tũc apud eos sordidissimũ hreť: speciosissimũ ac sũmæ dignitatis eẽt. qd enã euenit. ex quo apparet nõ hoĩ magistratũ: sed magistratui hoĩem dignitaté afferre: cõstat aũt epaminundã oĩum thebanorũ ducũ fuisse clarissimũ: adeo ut teste Iustino cũ illo nata & extĩcta oĩs pãtriæ gloria fuisse uideať. nã post illũ thebani memorabilẽ nullũ bellũ unq̃

gessere: nec uirtutibus aut rebus gestis: sed cladibus insignes semp fuere. Fuit etiã phũs sũmus: ex quo dubiũ hominibus reliqt uir ne melior an dux fuerit. nã & ĩperiũ nõ sibi sed patriæ q̃siuit. pecuniæ parcus adeo fuit ut funebris sũptus defuerit. gloriæ quoq; nõ cupidior q̃ pecuniæ: qppe recusanti oĩa ĩperia ĩgesta: sũt: honores q; ita gessit ut ornamentũ nõ accipere sed dare ipsi dignitati uideret: iã litteraꝝ studiũ: iam philosophiæ doctrina tãta; ut mirabile uideret unde rã ĩsignis militiæ sciẽtia homini ĩter litteras nato. Emilius ꝓbus hũc oĩbus ferme uirtutibꝰ ornatũ fuisse cõmemorat, prudẽtia, æqtatæ, modestia: sapiẽtia; rei militaris peritia: ac & corporis fortitudine: cõtinentia, clemẽtia patiẽtia uero tãta: ut nõ solũ populi sed etiã amicorũ facile ferret

De apaminunda

dissimũ; sine ulla cũctatiõe id recepit: daturũq; se opã ut breui speciosissimũ fieret asseuerauit: mirifica dcide ꝓcutatione abiectissimũ negotiũ ꝓ ãplissimo ornamẽto expetẽdũ thebis reddidit. De Hanibale.

h Anibal uero cum apd̃ regẽ Prusiam exularet: auctorq; ei cõmittẽdi prælii cẽt: at is nõ idẽ sibi extis portendi diceret: an tu inqt uitulinæ charũculæ q̃ ĩperatori ueteri mauis credere: si ꝟba numeres breuiter & abscisse: si sensũ æstimes copiose & ualẽter: hispanias eni direptas populo Ro. & galliarũ ac liguriæ uires ĩ suã redactas potestatem: & nouo trãsitu alpiũ iuga patefacta: & trãsimenũ lacũ dira inustum memoria: & cãnas punicæ uictoriæ clarissimũ monumentũ: & capuã possessã: & italiã laceratam ante pedes hoĩs effudit: uniusq; hostiæ iocinori lõgo experimẽto testatã gloriã suã postponi æquo animo nõ tulit: & sane quod ad explotãda bellica sacrificia æstimãdosq; militatis ductus attinebat: oẽs foculos: oẽs atas bithyniæ matte ipso iudice pectus hanibalis prægrauasset. De Codro.

c Apax generosi spiritus illud quoq; dictũ regis codri: & . n . ab atheniensibus ciuitatẽ sibi datã cognouit: & ego ĩqt illis meæ gẽtis ius dabo. æquauit athenis thraciã: ne uicissitudine talis beneficii ĩpatẽ se iudicãdo hũilius d̃ origĩe sua sentirẽ existimarẽt.

De utroq; Spartano.

n Obiliter etiã uterq; spartanus & q ĩcrepitus a quodã q̃ ĩ acie claudus descẽderet: pugnare nõ

iniurias. adeo ueritatis amatorẽ fuisse tradit: ut ne ioco qdẽ mentiret. adeo taciturnitatis seruatorẽ: ut cõmissa cuncta celaret: studiosũ quoq; audiendi ex quo facile disci posse arbitrabat. multaq; alia de hoc uiro memoriæ ꝓdidit: q̃ lõgũ esset enarrare. Mirifica ꝓcuratione. q̃ maxima cura & diligẽtia illud munus exercuerit: ex quo facile conici potest: q̃ nõ uirtutibus ex dignitate: sed dignitatibus ex uirtute honor accedit. Abiectissimũ: uilissimũ. Expetendũ. desiderandũ.

h Anibal uero cũ apud regẽ prusiam Prusias rex bithyniæ fuit: apud quẽ hanibal exulabat postq̃ uictus a romanis tanq̃ rupti fœderis auctor deposcebat ad poenas. qd̃ meminit Cice. li. de diuinatione. Rex inqt prusias cũ hãnibal apud eũ exulanti depugnare placeret: negabat se audere qd̃ exta ꝓhiberent. an tu ĩqt charũculæ uitulinæ magis q̃ ueteri ĩperatori credere. nã cũ Eumene põn rege tũc bellũ habebat rex prusias: & ꝓlio nauali dimicabat. nã illũ terrestri ꝓlio superauerat. Consulebat hanibalẽ prusias nunqd pugnã cũ hoste cõmitteret: & cũ hãnibal cõmittẽdã esse cõsuleret: respõdit rex id sibi extis nõ portendi. Tũ idignatus hãnibal mauis inqt uitulinæ charũchulæ q̃ ueteri ĩperatori fidẽ habere. qbus uerbis rex cõmotus ꝓlium suscepit & hostes superauit. Hac aũt astutia usus est hãnibal q stratogemate oĩq; calliditate plurimũ ualebat: iussit lagenas fictiles omniũ generis serpentibus repleri: & media pugna ĩ naues hostiũ conici. põtici primũ illudebant dicẽtes quomõ cũ fictilibꝰ lagenis pugnare poterũt q armis nõ possũt: deide cum ĩmechi serpẽtes p naues feruescere cæperũt rũ deniq; hostes ãcipiti malo ꝑterriti in fugã naues uerterũt. Portendi: significari. Charũculæ. Diminutiuo usus ẽ ad rẽ ipsam multo

Cicero

magis extenuãdã. Veteri ĩpatori. Ecce magna fiducia. Hispanias direptas. Breuiter ꝑstrĩgit cũcta hãnibalis gesta q̃ decade secũdi punici belli plenissime referũt. Nouo trãsitu. qa nemo ãtẽ hãnibalẽ cũ exercitu trãsierat alpes: fuitq; trãsitus ille difficilis & ꝑniciosus hãnibali. qppe ubi multa hoĩum milia & ĩedia & difficultatibꝰ cõsũpta perierũt. Hispanias. ulteriorẽ & citeriorẽ: q̃s abstulerat populo romano. Trãsimenũ lacũ: ubi. G. flaminũ cõsulẽ romanũ cũ qndeci milibꝰ hoĩum occidit. Cannas punicæ uictoriæ. ubi cæsa dicunt qnquaginta romanorũ & sociorũ milia cũ altero cõsule Paulo emilio: sicut supra mõstratũ est. Ante pedes hominis. s. regis prusiæ. Et sane qd̃ ad explorãdã. Si ueniãt igr in cõparationẽ bellica sacrificia & scientia ducis: ut cũ aliud illa ꝓmõstrẽt: aliud hæc hortent. utrũ utri sit anteponendũ, malim id exeq qd̃ ducis scientia ꝓbauerit q̃ qd̃ sacrificia hortata fuerint. Prægrauasset: præpõderasset; superasset.

e Apax generosi spiritus illud. Codrus rex thracũ fuit cũ inter Dorienses & athenĩeses ueterũ simultatũ essent offensæ: & ideo bellũ inter se gesturi essent: Codrũ regem accitum in auxiliũ suum athenienses exercitui ꝓfecerunt. & ut illũ sibi amantiorem fideliorem q; redderent: eum ciuitate donarunt. qd̃ cũ sibi nunciaret: ut ostenderet thraces atheniensibus nihilo dignitate ĩferiores esse: respõdit & ego athenienses ciues facio thracenses. Fuit alter Codrus dux & rex atheniensis: qui se ꝓ cõseruanda patria deuouit: de quo in ca. de pietate erga patriã dicet. Vicissitudine alternatione.

n Obiliter etiã uterq; spartanus. Claudus Lacon ĩ aciẽ descẽdebat cũ hostibus dimicaturus: q̃rẽti equũ

alienigenæ cuidā Agesilaus respōdit claudū indicās:nōne sentis inqt:nō fugiētibus sed manētibꝰ bello opus esse.sed hic de quo loquit͛ androclidas fuit q debilis & crure inutilis īter bellatores se locauerat.Itaq; inhibituri qdā moti sūt:ꝓpterea q̄ esset infirmus:tū ille nō eū īqt q fugiat:sed q maneat cū hostibꝰ pugnate oportet. Alter claudus ad bellū ꝓficiscēs qbusdā sæuiētibꝰ ac ridētibꝰ cōuersus ait:mala capita nō est cū hostibus fugiēdo pugnādū.sed manēdo ordinēq; tuendo. Nobiliter.subaudit͛ respōderūt. Vterq; Spartanus.Androclidas & Leonidas. Qui īcrepitus.hic androclidas fuit. Et q referrēte.Hic teste Frōtino li.iii.fuit Leonidas rex Spartanus eo mō quo Spartani regē habebāt:de quo satis supra dictū est ī ca.de fortitudīe.hic igit͛ cū aduersus ꝑsas cū paucis admodū ꝓficisceret͛:& qdā dixisset tantā esse ꝑsarū multitudinē:ut sagittis solē obscuratēt:respōdit:id sibi gratius fore q̄ sub umbra pugnabit͛.

Frōtinus

e Iusdē uir urbis atq; aī: Agesilaus dux lacedemoniorum hospiti Atheniēsi ostēdenti munitū & ualide fabricatū Athenaꝝ urbis muꝝ:q̄rētiq; an ipsi pulcher ualidusq; uideret͛: mediusfidius īqt pulcher & ualidus:at nō quē uiri sed quē mulieres inhabitēt.Agis ēt ꝑtrāsiens corinthioꝝ muros altos & munitos:tū ēt ī multū spacii ꝓtensos cū ītueret͛:q̄ ait mulieres hūc locū incolunt? Theopōpus quoq; ad eū q muꝝ ostētaret & ꝑcunctaret͛ an & firmus & altus esset: minime īqt si mulieꝝ sit. Si uiris turpiter Luca. Humanus labor est facilis licet ardua tollas. Cædere uel bellis uel cūcta monētibꝰ ānis.

Lucanus

De constantia Ca.VIII.

a Ptū & ānimosū bonæ.Valerius ad capitulū de constātia trāsiturus more suo utit͛ trāsgressiōe:ut cōmemoratis qbꝰ de rebꝰ dixerit:de qbꝰ dicturus sit breuiter ostēdit.Et bene cōstātia fiduciæ statim subiūgit.nā hæ uirtutes q̄dā īter se uidēt͛ affinitatē habere.q.n.sibi cōfidit:idē & constans semꝑ eē solet. Emēso.Pōstq̄ iqt de fiducia diximus:superest ut de cōstātia dicamus. Cura.n.sic cōparatū ē hoc iqt obseruaꝛ͛ solemus ut cū cōfidīmus nos iustū aliqd & honestū eē cōplexos:uel iā gestū acriter tueamur:si qspiā illud rescindeꝛ͛ uoluerit:uel nōdū ꝑfectū sine mora ad exitū ꝑducamus:si qsq; illud īterpellare tētauerit quo minus ꝑficiat͛. Obtrectet͛ īprobet͛.detrahat͛. Interpellet͛.īpediatur.

s Ed dū exēplar.Capuā fallacibꝰ hanibalis.Hāc historiā supius diligēter satis annotauimus ī ca.de fortudīe:ubi de lubio acio peligno diximus. Fallacibꝰ ꝓmissis. qa multa ꝓmisit q̄ seruare nō potuit Italiæ regnū.nā ī ipa defectiōe īter cætera fœderis cōditiōes de īperio totius italiæ iactatū ē atq; sanitū:ut deuictis Romanis regna italiæ penes Cāpanos eēt. Admisso.celerī Oui.nil nocet admisso subdere calcar equo.i. Theanū contēdit.de quo Horatius: Cui si uitiosa libido fecerit auspiciū:ctas ferramēta theanū tolletis fabri. E uestigio Calenā.Liuius hoc oppidū pluraliter tātū declinauit:cales calū. Sicut erāt.s.clausæ & obsignatæ. Agere lege.suo fungi ministerio sumendi de nocentibus supplicii.

Horatius

Liuius

a Tq; ista qdē seueritatis. Nota ē historia.Qu.Fabius maxīus bello punico scdo aduersus hanibalē dictator missus illū iuueniliter exultātē sua sapiētia reps/

Historia de Fabio

fugere propositū sibi esse respondit:& q referēte quodam sagittis Persarum solē obscurari soleꝛ͛: bene narras īquit:in umbra enim melius prœliabimur.

De alio Spartano.

e Iusdem uir urbis atq; animi hospiti suo patriæ muros excelsos latosq; osten dēti dixit:si mulieribus istos comparastis recte:si uiris turpiter.

De Constantia. Capitulum. VIII.

a Ptū & animosū bonæ fiduciæ pectus emenso:quasi debitum opus superest constantiæ repræsentare naturā. Natura eni sic cōparatum est:ut quisquis se aliquid ordine ac recta mente complexū cōfidit:uel iam gestum si obtrectetur acriter tueatur:uel nondum editum si interpelletur sine ulla conctatione ad effectum perducat.

De Fuluio.

s Ed dum exemplar ꝓpositæ rei prosequor: mihi circūspicienti ante oīa Fuluii flacci constantia offertur. Capuam fallacibus hanibalis promissis Italiæ regnum nephana defectione pacisci persuasā armis occupauerat:tandem.culpæ hostiū tam iustus æstimator q̄ speciosus uictor:Capuanum senatum īpii decreti auctorem funditus delere constituit. Itaq; cathenis onustum in duas custodias theanam calenamq; diuisit consilium executurus cum ea peregisset:quorum administrandorum celerior esse necessitas uidebat͛ : rumore deinde de senatus mitiore sentētia orto:ne debitam pænam scælerati effugerent: nocte admisso equo theanam contendit:interfectisq; qui ibi asseruabantur:e uestigio calenam trāsgressus: perseuerātiæ suæ opus executurus etiam de ligatis ad palum hostibus litteras a.P.C. nequic q̄ Capuanis salutares accepit.In sinistra enim eas manu sicut erāt traditæ reposuit:ac iusso lictore lege agere: tūc demum aperuit:postquā illis obtemperari nō poterat. Qua constantia uictoriæ quoq; gloriam antecellit: quia si cum intra se ipsum partita laudæ æstimes maiorem: punita Capua q̄ capta reperies.

De.Q.Fabio maximo.

a Tque ista quidē seueritatis: illa uero: pietatis constantia admirabilis:quam.Q. Fabius ma

fit;sed cũ ille multos captiuos romanos hr̃et:quos apud trebiã & lacũ trãsimenũ alibiq; ab iperatoribꝫ romanis re infœliciter gesta cœperat dictator de his publice redimendis cũ hãnibale conuenerat imposito in capita ꝑ cõditione cuiusq; ꝑcio:sed ea spe fraudatus a senatu:q nõ publice redimi censuit:qđ sine eius auctoritate id factũ esse diceret:tacuit:& agrũ quẽ præciosum habebat publice uẽdidit:& pecuniã pro captiuis hosti ꝑmissam fideliter exoluit:eadẽ animi cõstantia usus est cũ Minuciũ magistrũ equitũ iperio sibi parẽ senatus populusq; romanus esse iussit:qd nunq̃ antea factũ fuerat:ut dictatori magister equitũ æquaret̃ iperio.id aũt fuit:q cũ fabius uideret superioꝝ ducũ temeritate rẽpublicã eẽ cõcussam:adeoq; debilitatã ut suis se uiribus niti

ximus isatigabilem patriæ præstitit;pecuniã ꝑ captiuis hãnibali numerauit:fraudatus ea publice tacuit.

d . Ictatori ei magistrum equitum Minutium iure imperii senatus æquauerat:silentiũ egit com pluribus præterea iniuriis lacessitus in eodem animi habitu permãsit:nec unquam sibi rei:publicæ promisit irasci tam perseuerans in amore ciuium fuit.

De eodem.Q .Fabio.

q Vid in bello gerendo:nõ ne par eius constantia imperium romanum cãnensi prælio pœne destructũ uix sufficere ad exercitus comparandos uidebatur.Itaq; frustrari & eludere pœnorum ipetus q̃ manum cum his tota acie conserere:melius ratus pluribus comminationibus Hanibalis irritatus;sæpe etiam spe bene gerendæ rei oblata;nunquam a consilii salubritate ne parui quidem certaminis discrimĩe recessit:quodque est difficillimum;ubique ira ac spe superior apparuit:ergo ut Scipio pugnãdo ita hic nõ dimicãdo maxime ciuitati nostræ succurisse uisus ẽ: alter enim celeritate sua carthaginem oppressit:alter cunctatione id egit ne Roma opprimi posset.

De.G.Pisone &.M.palicano.

e Aium etiã Pisonẽ mirifice & cõstanter turbulẽto rei publicæ statu egisse cõsulẽ narratione in sequenti patebit.M.palicani seditiosissimi hõis pestiferis blandiciis præreptus populi fauor consularibus comitiis summum dedecus admitter̃ conabatur: amplissimum ei deferre impium cupiens:cuius teterrimis actis exquisitũ potius suppliciũ q̃ ullus honos debebatur:nec deerat consternatæ multitudini furialis fax tribunitia:quæ temeritatem eius & ruẽtem comitaretur:& languẽtem actionibus suis imflamaret: in hoc miserãdo pariter atque erubescendo statu ciuitatis:tãtum non manibus tribunorum pro rostris Piso collocatus:quum hinc atq; illinc eum ambissent:ac Palicanum suffragiis populi cõsulem creatum:an renunciaturus esset iterrogaretur:primo respondit nõ existimare se tãtis tenebris offusam esse rem publicã ut huc indignitatis ueniretur:deide cum perseueranter instarent ac dicerent age si uentum fuerit non renunciabo inquit:quo quidem tã abscisso responso cõ

uix posset:rẽ sibi lõge aliť gerẽdam eẽ duxit q̃ supiores fecerãt:hostẽ.n.cõsilio nõ uiribꝫ eẽ domãdũ:& rẽpu.prudẽtiæ magis q̃ fortũæ beneficio recreandã:itaq; noluit unq̃:nisi q̃tũ necessitas cogeret cũ hoste certare:sed illoꝝ ipetus idies frustrari & multis modis illudere donec suis ipsi uiribus conficerent̃:nã loca unde illis cõmeatus eẽ possent:q̃ maxima diligentia occupabat arctioraq; idies alimẽta in castris hostiũ reddebat:qđ unũ uincẽdi cõsiliũ saluberrimum excogitauerat:sed Minucius magister equitũ uir ferox:& rapidus in cõsiliis:ac ligua imodicus.primo iter paucos deide palã i uulgus dictatorẽ criminari:ꝑ cauto timidum:ꝑ prudente tardũ:ꝑ perito ibellẽ appellare:q ut diucius eẽt in magistratu & romæ & i castris hr̃et iprtũ nolle cum hostibus acie dimicare: hæc & alia his idigniora de dictatore ferẽs in uulgus sic aios militũ incenderat ut si militaris suffragii res fuisset:haud dubie uiderentur minuciũ fabio duci ꝑlaturi:forte ita euenit ut dictator comicoꝝ cã romã reuocatus Minutiũ castris ꝑficeret:q leui quodã certamine cũ hãnibale congressus & uictoria parua potitus lr̃as de rebus gestis & egregia uictoria ad senatũ misit:qbꝫ motus senatus & populus decreuerũt Minutiũ æquã iperii ptãtẽ hr̃e cũ dictatore:sed paulopost itellexere ro.bono iperatori:haud magni fortunã momẽti eẽ:& solã mẽtẽ rõnẽq; dominari:nã miutius temere cũ hostibꝫ suscepta pugna nõ mediocrẽ reipu.cladẽ illaturus fuerat:nisi dictatoris consilio in tpe subuẽtũ fuisset. Eludere.Protrahere. Ira ac spe superior.Quia irã supauit ad id qđ nũq̃ĩn ꝑniciẽ reipu.irasci uoluit. Spe.Quia hanibalẽ sedẽdo magis q̃ dimicãdo superauit cõtra spem omnium. Nõ dimitãdo.Ennius Ennius unus q nobis cũctãdo restituit rem.

e Aiũ etiã pisonẽ mirifice:Põpeius ꝑcõsul de hispania sertorio uicto nup rediérat:& stati cõcionẽ hũerat de restituẽda plebi tribunicia ptãte palicano tri.ple.legẽ ferẽte hũc palicanũ sediciosũ fuisse cõstat:q cõtra senatus auctoritatẽ effecit ut tribunitiã ptãtẽ populo redderẽt cõsules.Cn.Põ.&.M.L.i.crassus tũc i magna fuit iuidia Põpeius:q cõsul tribunicia ptãtem populo redderet.Fuit aũt palicanus ad uiã appiã cæsus cũ aliis q pluũ ibi cõmiserãt ꝑ recuperãdo filio quẽ repetebat Tigranus. Pestiferis blãdiciis.Quia ferẽte legẽ palicano:tribunitia ptãs restituta populo fuerat. Cõsternatæ.Perturbatæ:& q̃si mẽtẽ captæ. Turbulẽto.Propter seditionẽ excitatã. Huc idi.Pro ad hãc idignitatẽ. Abscisso. Cõciso & breui. Flecti.A recto & honesto.

Florus — m — Etellus autem numidicus propter. Florus Apuleius inquit saturninus gracchanas afferere leges non destitit: tantũ animorũ uiro Marius dabat: qui nobilitati semp inimicus cõsulatu suo prætereacõfisus occiso palã comiciis Anio cõpetitore tribunatus subrogare conatus est in eius locũ. G. gracchum hoĩem sine tribu sine noĩe: sed subito titulo in familiã ipse se adoptabat. cũ rot tãtisq; ludibriis exultaret ipune rogãdis gracchorũ legibus ita uehemẽter ĩcubuit ut senatũ quoq; cogeret in uerba iurare: cũ abnuentibus aqua: & igni iterdictũ se minaretur: unus tamẽ extitit qui mallet exiliũ. hic aũt fuit Metellus numidicus qui sequtur post metelli fugam omni nobilitate ꝑculsa & cætera. Metellus aũt numidicus. De hoc uiro Plinius

Pli. de ui. illu. — de uiris illustris. Qu. iquit Cecilius Metellus numidicus qui de iugurta rege triõphauit Cẽsor eũ: qui se tiberii gracchi filiũ mẽtiebatur ĩcẽsum nõ recepit. Idẽ in legẽ apuleiã per uim latam iurare noluit: quare in exiliũ actus smyrnæ exulauit: Claudia deĩde rogatione reuocatus cũ ludis forte lĩas in theatro accepisset de reuocatione: non prius eas legere dignatus est q̃ spectaculum finiretur. Merellum sororis suæ uirũ laudare noluit: q; is solũ iudiciũ contra leges detrectaret. Abbreuiator. T. Liuii cũ legẽ inqt Agrariã per uim tulisset Saturninus Metello numidico eo q; ĩ eã minime iurasset: diẽ dixit: qui cum a bonis ciuibus defenderetur: ne causa malorũ certaminũ rẽt iuolũtariũ exiliũ rhodũ ꝓfectus est: ibiq; legẽdo & audiẽdo magnos uiros aduocabat. Procellã. Impetũ auxilii. Occurreret. Resisteret. Quo eruptu ri essent in auxilium. Ad quantam reipublicæ pernitiem euasuri essent.

c — Aetenũ nemine ut neminẽ ei ꝓtulerim ut. Qu. scæuolã augurẽ. Nõ ausim inquit uirũ quẽpiã in hoc uirtutis genere Metello ꝓponere. possũ aũt Qu. Scæuolã iure cõpatare: qui nihilo ĩferius cõstantiæ documẽtum dedisse uidetur. deuictis. n. marianis partibus cũ Sylla ut sæpe dictũ est rẽpublicã occupasset: cõuocato senatu uoluit ut Marius hostis patriæ iudicaretur iussisq; sententiã dicẽre senatoribus cum alii metu: alii uolũtate sentẽriã cõprobassent. solus Scæuola iuentus est: qui cõstans & itrepidus nulla rõne cogi potuerit: iniquã ꝓferre sententiã. Truculentius. Sceuius. Idẽtidẽ. Freqnter. Vrbs & italia. Quia teutones cimbros & gallos deuicerat.

q — Vid fœminæ. Scilicet negocii hẽnt cũ cõcione. Si patrius mos seruetur nihil Nã fœmina pudica in cõuẽtũ hoĩum ꝓdire nõ debet ex cõsuetudine maiorũ. Fluctibus. Motibus & ꝑturbatõibus: sic & Cicero

Cicero — ꝓ milone populi seditioni cõparat tẽpestatẽ: eqdẽ certas tẽpestates & ꝓcellas in illis dũtaxat fluctibus concionũ & cætera. contra uero

Virgilius — Virgilius tẽpestati cõparat populũ: ac ueluti i populo magno cũ sæpe coorta est seditio: & cætera. Sed ubi pudor quidẽ: & reuerentia. Sexus non patitur mulierẽ pudicã in coetum & multitudinẽ uirorũ ꝓdire ex cõsuetudine maiorũ: nisi necessitate cogatur: sed si cogitur: prisca cõsuetudo tollitur: & uiolẽtiæ pudor parere cõpellitur. Itaq; re sempronia. L. Apuleius tribunus ple. subornauerat equitũ quẽdam ignobilẽ utpote libertine sortis hominẽ ut se filiũ. T. Gracchi diceret: Sempronia in forũ adducta ut rem hãc falsam testaretur nulla ui impelli potuit: ut dedecus familiæ suæ cognosceret. Perturbari: frons solet. Nemo erat tã sũmus in ciuitate prĩceps qui si de eo ad populũ ageretur reus productus nõ uultu pallore perfunderetur & de salute sollicitus esset. Absurde. Incõneniens: & indigne.

sulatũ Palicão priusq̃ illũ adipisceretur: eri puit: multa & terribilia Piso cõtẽpsit: dum speciosũ mentis suæ flecti non uult rigorem.

De Metello.

m — Etellus autem numidicus propter cõsimile perseuerãtiæ genus excepit quoq; indignam maiestate ac moribus suis procellam: quum enim aĩaduerteret quo tenderent saturnini tribu. ple. funesti conatus: quantoq; malo reipu. si nõ his occurreretur erupturi essent: ĩ exiliũ q̃ in legem eius ire maluit. potest aliquis hoc uiro dici cõstantior: qui ne sententia sua pelleretur patria ĩ qua sũmũ dignitatis gradũ obtinebat: carere sustinuit.

De. Q. Scæuola.

c — Aetenũ ut neminẽ ei prætulerim ita. Q. Scæuolam augurem merito cõparauerim: depulsis ꝓstratisq; inimicorũ partibus: sylla occupata urbe senatum armatus coegerat: ac sũma cupiditate ferebatur: ut Caius Marius q̃ celerrime hostis iudicaretur: cuius uoluntati nullis obuiam ire audẽtibus: solus Scæuola interrogatus de hac re sententiam dicere noluit: quin etiã truculentius sibi minitanti sillæ: licet inquit mihi agmina militum: quibus curiam circumsedisti ostentes: licet mortem identidem miniteris: nunquã tamen efficies ut propter exiguũ senilemque sanguinem meum Marium a quo urbs & italia conseruata est hostem iudicẽ.

De Sempronia.

q — Vid fœminæ cũ cõciõe? si patrius mos seruetur nihil: sed ubi domestica quies seditionũ agitata fluctibus est: priscæ consuetudinis auctoritas cõuellitur: plusque ualet quod uiolentia cogit q̃ quod suadet & præcipit uerecundia: itaq; te sempronia Tiberii & C. gracchorum soror: uxor scipiõis æmiliani non absurde grauissimis uirorũ operibus inferẽs maligna relatione cõprehendam: sed quia a tri. ple. producta ad populum ĩ maxima confusione nihil a tuorum amplitudine degenerasti: honorata memoria ꝓsequar: coacta es eo loci consistere ubi principiũ ciuitatis perturbari frons solebat: ĩstabat tibi toruo uultu

Amplissima potestas.f.tribunitia. Obstreperet.inclamaret.resonaret:nã plebs more suo tumultuabat. On idignabunt.De ĩferiorꝝ hoium cõstantia dicturus Valerius:pfationẽ quãdã pmittit:qua ostẽdit nõ debere nobiliotibus uiris molestũ esse naturæ ĩdignũ uideri humiliorũ hominũ sibi exẽpla subiungi:ꝙ quẽadmodũ ab his clarorũ uirorum amplitudo ueneraẽ:sic a claris uiris humilitatis uirtus siqua fuerit magis est omni fauore prosequenda:quo se tollere possit:ꝙ ulla malignitate spernenda qua ueluti demersa perpetuo iaceat. Nouitas.Noui homines qui nulla maiorum suorum imagine clari suam sibi nobilitatem uirtute comparant.

minas profundens amplissima potestas cũ clamore imperitiæ multitudinis obstrepens totũ forũ:& acerrimo studio nitebatur:ut equitio cui semproniæ gentis falsũ ius querebatur tanquam filio Tiberii fratris tui osculum dares:tu tamen illum nescio quibus tenebris protractũ portẽtum execrabili audacia ad usurpandã alienã ꝑpinquitatẽ tendentem repulisti.

De centurionibus.

n On idignabuntur lumia nostræ urbis:si inter eorum eximium fulgorem centurionum quoque uirtus spectandam se obtulerit:nam ut humilitas amplitudinẽ uenerari debet:ita nobilitate fouenda magis ꝙ̃ spernenda bonæ ĩdolis nouitas est.

De alio Centurione.

a N abigi debet Põtius ab horꝝ exẽplorꝝ cõtextu ꝙ pro cæsaris partibus excubãs scipionis ꝑsidio interceptus:cũ uno modo salus ei daretur si se futurũ Cn.pompeii generi ipsius militem affirmasset:ita respondere non dubitauit:Tibi quidẽ scipio grãs ago:sed mihi uti ista conditione uitæ non est opus.

De Centurione.

f Ine ullis imaginibus:nobilem animũ & idem constantiæ propositum secutus.C.Meuius centurio diui Augusti cum antoniano bello sæpenumero excellentes pugnas edidisset:improuisis hostium insidiis circumuẽtus:& ad Antonium alexãdriã perductus:interrogatusque quidnam de eo statui deberet:iugulari me inquit iube:quia nõ salutis beneficio nec mortis supplicio adduci possũ:ut aut cæsaris miles desinam:aut tuus esse incipiam.Cæterum quo cõstantius uitam contempsit eo facilius impetrauit.Antonius enim uirtuti eius incolumitatem tribuit.

Externa de Blasio.

c Omplura huiuscæ notæ romana exẽpla supant:sed satietas modo uitanda est:itaqꝫ stilum

N abigi dbet Põtius ab horꝝ exẽplorꝝ.

a Hoc sine dubio fuit ciuili bello qđ in Aphrica gestũ est post Põpeii casum:nã capta forte triremi una cesariana:quæ commeatũ ex Sicilia aduehebat:ueterani qdã milites cũ Cẽturione uno ad Scipionẽ deducti sũt:quos ita Scipio dicit allocutus:nõ sponte urã certe scio:sed illius scelerati urĩ ĩperatoris ipulsu & ĩperio coactos:ciues & optimũ quẽqꝫ nefariæ cõsectari:quos quoniã fortuna ĩ nostrã detulit ptãtẽ:si id qđ facere debetis rẽpublicã cũ optimo quoqꝫ defenditis:certũ est nobis uitã & pecuniã donare:ꝙpropter qd sentiatis ꝑloqmini:tũ cẽturio:ꝑ tuo inqt sũmo beneficio Scipio grãs ago.nõ.n.te ĩperatorẽ appello:qđ mihi uitã ĩcolumitatemqꝫ belli iure capto polliceris & forsan isto uterer beneficio:si nõ ei sũmũ scelus adiungereẽ.ego ne cõtra cesarẽ ĩperatorẽ meũ apud quẽ ordinẽ duxi:eiusqꝫ exercitũ ꝑ cuius dignitate uictoriaqꝫ amplius xxxvi.ãnis depugnaui aduersus armatusqꝫ cõsistã:neqꝫ ego id facturus sũ:& te magnopere de negocio desistas adhortor:cõtra cuius.n.copias cõtẽdas si minus antea expertus es licet nũc cognoscas:elige ex tuis cohortẽ unã quã putas eẽ firmissimã:& cõstitue cõtra me:ego ex meis cõmilitonibus quos nũc in tua tenes ptãte:nõ amplius decimã summã tũc ex uirtute nr̃a itelliges qd ex tuis copiis sperare debeas:tunc Scipio irritatus oẽs ĩterfici iussit. Si se futurꝝ Cn.Põp.generi ipsius militẽ affirmasset.Discrepat hoc loco Valerius a cæsaris cõmẽtariis.nã post Põpeii mortẽ hoc factũ fuisse:ex ipsis cõmẽtariis colligiẽ nisi alter forte cẽturio alio tpe Scipionis ꝑsidio ĩterceptus ad eum fuisset deductus.qđ nusꝙ̃ me legisse memini.nã qđ nõnulli dicũt hoc fuisse apud Algmeonẽ fluuiũ ꝙ macedoniã diuidit a thessalia cũ Scipio ad Põpeiũ ꝑperaret:ut expeditius iter faceret. M.Fauoniũ cũ.viii.cohortibus ad Algmeonẽ fluuiũ in ꝑsidio collocauit:& ꝙ põtius certior fcũs de aduẽtu Scipionis fuerit ĩterceptus:totũ falsũ teste ipo cæsare:ꝙ ostẽdit:nullũ ibi fuisse põtiũ:sed Cassiũ nõ ĩterceptũ:sed aduẽtu domicii liberatũ:ꝙ̃re cẽturionẽ:quẽ supra diximus põtiũ noiatũ fuisse crediderĩ.

s Ine ullis.& idẽ cõstãnæ.Hoc fuit bello ciuili ꝙ đ ĩter Augustũ & Antoniũ gestũ est:ubi Meuius hic de quo loqtur cũ multa & ꝑclata facinora edidisset:tãdẽ periculis temere nimis expositus ab antonianis militibus ĩterceptus est.& ad ĩperatorẽ Antoniũ deductus.quẽ cũ ĩterrogasset:qd nã de se cõstituendũ esse uidereẽ:constãter respondit occidi iube:qa nulla rõne adduci possum ut a cæsare ad te ipse deficiã.qua cõstantia:uitã quã contẽnebat facilius ad Antonio cõsecutus est. Alexandriã.Vbi cum cleopatra uiuebat.

Omplura huiuscæ.Ad externa trãsiturus pfaẽ quodãmõ:ac dicit alia multa seruatæ cõstãtiæ domestica exẽpla supesse memoratu digna:quæ cõsulto pterire & ad externa trãsire uoluit:ne unius rei lõgæ nartatiõis fastidiosa copia satietatẽ legẽtibus ĩgeneraret. Notæ.Idest huius memoriæ.& notãdũ Nota

est in bonã partẽ accipi plerunq; notã: est enim peccatũ dedecus macula: est etiã nota rei alicuius memoria: ac signũ & figura rem aliquã denotãs. Quoꝝ prin. Salapiæ pricipes erãt Dasius & Blasius: Dasius hannibalis amicus: Blasius q̃tũ ex tuto poterat rẽ romanã fouebat: & ꝑ occultos nũcios spẽ ꝓditionis fecerat Marcello: sed sine adiutore Dasio res trãsigi nõ poterat. Multũ ac diu cũctatus: & tũ quoq; magis ĩopia cõsilii potioris q̃ spe effectus Dasiũ appellabat. at ille ab re auersus: tũ emulo potẽti inimicus rẽ hãnibali apit. Accersito utroq; hãnibal cũ ꝓ tribunali q̃dã ageret mox de blasio cogniturus: staretq; sũmoto populo accusator: & reus. blasius de ꝓditiõe dasiũ appellabat: enĩuero ille uelut ĩmanẽ rem stare exclamat sub oculis hãnibalis secũ de ꝓditiõe agi: hãnibali atq; eis q aderãt quo audacior res erat minus uerisimilis uisa est: emulationẽ ꝓfecto atq; odiũ esse: & id crimẽ afferri. qđ q̃a testẽ hẽre nõ possit liberius fingat̃: ita ĩde dimissi sũt: nec Blasius ante destitit tũ audaci ĩcepto q̃ idẽ obtũdendo docẽdoq; q̃ ea res ipsi p̃triæq; salutaris eẽt puicit ut p̃sidiũ: hi aũt numidæ erãt. Salapiaq; traderet̃ marcello: nec sine cæde multa tradi potuit: q̃a lõge fortissimi eq̃tũ ex toto punico exercitu erãt: itaq; q̃q̃ ĩprouisa res fuit nec ũsus equoꝝ in urbe erat: tamẽ armis ĩter tumultũ captis: & eruptionẽ tentauerũt: & cũ euadere neq̃rẽt pugnantes ad ultimũ occubuerũt. nec plus q̃ q̃nq̃ginta ex his in potestatẽ romanoꝝ uiui uenerũt: plus aliq̃to dãni: hæc ala eq̃tũ amissa hãnibali q̃ salapia fuit: nec deĩde unq̃ pœnus quo lõge plurimũ ualuerat superior eq̃tatu fuit. Dissidẽtẽ. Dissentientẽ: q̃a Blasius cũ romanis: Dasius cũ hãnibale sentiebat. Adiectis quæ ip̃m cõmendatiorẽ. Quia q̃dã inserebat quæ ip̃m beniuolũ hãnibali redderẽt. Citerioris curæ. Ꝓpinquioris q; celeriorẽ curã desideraret. Vultu dissimulãte. Ne ab aliquo ꝑcipi posset ip̃m cũ Blasio loqui. Incredibile. Vtpote etiã in cõspectu ducis & quo res audaciæ plus habere uidebatur cõmunis fidei habebat.

P Hocion uero cũ. Derculus q̃dã admonebat athenıẽses: ut cauerẽt ab ĩsidiis nicanoris q p̃fectus erat Cassãdri: q occulte bellũ pararet: pireũq; portũ ne intercipet periculũ eẽ. phocion aũt populo audiẽte magna uoce dixit nullũ ĩstare periculum & nihil ꝓrsus timendũ eẽ. cõsulebatq; magis amicitiã cũ Cassandro q̃ bellũ suscipiendũ: capto deĩde Pyreo nec ad recuperandũ armati: nec armatis p̃esse uoluit: nã factio optimatũ in q̃ & phocion erat cũ Cassãdro sentiebat: populares polypconti fauebãt: sed postq̃ suscepto bello pulsus est Cassander Polypconte duce phocionis cõsiliũ minus ꝓbabile uisũ fuit: tũ phocion ĩ cõcione atheniẽsiũ fortunæ gratulatus est: & de ꝓspero euẽtu lætatus: at uero cõsiliũ suum aliquanto sanius fuisse affirmauit: magnã q̃dẽ cõstãtia uiri: ut etiã in ipsa uictoria ꝓbaret cõsiliũ suũ qđ fuerat de bello nõ suscipiẽdo. fuit hic Phociõ ut ĩ capitulo de ĩgratitudine latius ꝓlixiusq; dicturi sumus capite dãnatus: nam ĩter cætera in eo quoq; offenderat ciuitatẽ qđ male cõsuluerat p̃triæ suæ: nec ultro spartanis bellũ ĩferrẽt: cuius duces fuere pericles & sophocles: quo bello multas achaiæ ciuitates atheniẽsiũ ĩperio adiecerũt. Phocion & si sæpe exercitibus præfuit: sũmosq; magistratus cœpit: tamẽ multo eius notior ĩtegritas uitæ: q̃ rei militaris labor: itaq; huius memoria nulla. illius aũt magna fama: ex quo cognomine bonus est appellatus: legit̃ in uita Demosthenis: uim maximã in dicẽdo habuisse phocionẽ: q̃ multas grauesq; sentẽtias paucis uerbis cõplecteret̃: itẽ q; Demosthenes oẽs oratores uno phocione excepto nõ solũ eloquentia: sed uita quoq; superauit. Blandũ animum: casus plerũq; temeritatẽ corrigit: ut res malo cõsilio aggressas casus plerũq; secundet.

De phocione

meum ad externa iam delabi permittam: quorum principatum teneat Blasius: cuius constantia nil pertinacius: Salapiam enim patriam suam præsidio punico occupatam romanis cupiens restituere Dasium acerrimo studio secum ĩ administratiõe rei publicæ dissidentem: & alioquin toto animo Hanibalis amicitiæ uacantem: sine quo propositum cõsilium peragi non poterat: ad idẽ aggrediendũ opus maiore cupiditate q̃ spe certiore tẽptare ausus est: qui protinus sermonem eius adiectis quæ & ipsum cõmendatiorẽ: & inimicum ĩuisiorem factura uidebãtur: hanibal retulit a quo adesse iussi sunt: ut alter crimen probaret: alter defenderet. Cæterũ quum res pro tribunali gereretur: & illi questioni omnium oculi essent intenti: dum aliud forte citerioris curæ negotium tractatur Blasius uultu dissimulãte ac uoce summissa monet̃ Dasium cœpit: ut romãorum potius q̃ carthaginensium partes faueret: enimuero tunc ille proclãmauit: se in conspectu ducis aduersus eum sollicitari: quod q̃a incredibile existimabatur & ad unius tãtũ aures penetrauerat: & iactabat̃ ab inimico ueritas fide caruit: sed nõ post multo Blasii mira cõstãtia Dasium ad se traxit. Marcelloq; & salapiam: & quingentos milites numidas qui in ea custodiæ causa erant tradidit.

De phocione.

P Hocion uero quũ athenienses rem aliter q̃ ipse suaserat ꝓspere administrassent: adeo perseuerans cõstantiæ suæ propugnator extitit: ut in cõcione lætari quidem se successu eorum: sed consilium tamen suum aliquanto melius fuisse diceret. nunc. n. dãnauit quod recte uiderat: quia quod alius male cõsuluerat: bene gesserãt: fœlicius illud existimans: hoc sapientius. plerũq; . n. temeritatẽ casus iuuat: ubi prauo cõsilio ꝓpius aspirat: & quo uehemẽtius noceat:

Placidi & misericordes. Cōstat sūmæ modestiæ & integritatis uiꝝ fuisse phocionē: & perpetuo pauperē: cū ditissimus ꝓpter delatos honores eē potuisset: nā repudiauit cōstātissime philippi regis munera: cū maxime hortaret̃ a legatis regis ut ea accipet: ad filioꝝ saltē cōmoditatē: q in sūma pauptate non facile possent paternā tueri gloriā: qbus ille respōdit: si mei similes erunt nequaq̃ difficile erit: idē hic agellus illos alet: q me ad hāc dignitatē ꝓduxit: sin dissimiles sūt futuri nolo meis īpēsis illoꝝ ali augeriq; luxuriā.

s Ocratis aūt uirilitatis. Cū bellū gererēt atheniēses aduersus lacedæmonios & forte apud Arginusas īsulā utriusq; populi classis cōparata eēt ac staret īstructa: placuit decē prætoribus ut pugnā cū hoste

despatius ꝓdest placidi sāe & misericordes & liberales oīq; suauitate tpati mores Phocionis: quos optiæ ꝑfecto cōsensus oium bonitatis cognomie decorandos cēsuit. Itaq; cōstantia quæ natura rigidior uidet̃ leuis eius māsueto pectore fluit. De Socrate.

ſ Ocrat[is] āt uirilitat[is] robore palliatus aīmus aliquāto ꝑfectius ꝑseuerātiæ exēplū edidit: uniuersa ciuitas atheniensiū iniqssimo & truculētissimo error̃ īstructa de capite decē prætoꝝ: q apd̃ argimnusas lacædemoniā classem deleuerāt tristē sentētiā tulerat: forte tūc eius ptātis Socrates: cuius arbitrio plebiscita ordiaret̃ īdignū iudicās: tot & tam bene meritos: & īdigna cā & īpetu īuidiæ arripi temeritati multitudinis cōstātiā suā obiecit: maxioq; cōcionis fragore & īcitatissimis minis ꝯpulsus nō ē: ut se publicæ dementiæ auctorē ascriberet: q oppositū ei⁹ legitiā crassari uia ꝓhibita iiusto prætoꝝ cruor̃ māus suas cōtaminare ꝑseuerauit: nec timuit socrates: ne cōsternatæ patriæ undecius futor mors ipsius existeret.

De Ephilate.

p Roximū: & si nō eiusdē splēdor[is] ē: tamē certū cōstātiæ haberi pōt expimētū opæ forēsis fidei nō latētis. Athenis Ephilates accusar̃ publice iussus & īter cæteros demōstrati nomē deferre coactus est: cuius filius erat Demochares excellētis forme puer: aīo eius flagrātissimo inhærēs amore. Itaq; cōis officii forte truculētus accusator: priuati affectus cōditione miserabilis re⁹ pueꝝ ad se exortādū: quo parci⁹ ꝑris cti minibus īsisteret ueniētē: neq; r̃ppeller̃ neq; supplicē genibus suis aduolutū ītueri sustinuit. Sed operto capite flēs & gemēs præces expromer̃ passus ē. Nihilominusq; sincera fide accusatū demōstratum dānauit uictoriā nescio laude: an tormēto maiore partā: quoniā priusq̄ fonte opptimeret: seipsū uicit Ephilates.

De Syracusano.

q Vē syracusāus diuersitate exēpli prægrauat: q qbusdā monēnib⁹ ut aduersus Eraclidē & Calippon: quoꝝ fidei plurimū credebat tanq̄ insidias ei nectētes cautior esset: respōdit se uitā malle excedere q̄ ī metu uiolētiæ mort[is] amicos īimicis iuxta poner̃.

De Alexandro magno.

cōmitterēt & fortunā expetirent quo ꝑlio ipi uictores fuerūt: sed post pugnā subito exorta tēpestas: quæ classē atheniēsiū disiecit ac dissipauit: ut militū corpora sepulturæ mādari nō potuerīt: cū nūciatū eēt athenas militū corpora īsepulta iacere: adeo excitatus est populus atheniēsis aduersus ꝑtores, ut legē ferrēt de sumēdo: supplicio: ex his cū primū rediissent & cū forte dimarchus eēt socrates. i. tribunus plebis nulla rōne adduci potuit: ut huic legi tā uesanæ cōsentiret: & qa plebiscitū fieri nō poterat iniussu socratis illi ꝑ uim executi sūt qd̃ iure nō poterāt: itaq; cū ꝑtores rediissent ex his cōtinuo sūmū suppliciū sūpserūt. Eius potestatis. Δημάρχοσ. Dimarchus ut apud nos tribunus. Ex īdigna. q uidelicet militū corpora sæuicia maris īterpellātæ sepulturæ mādate nequerāt. Legitima crassari uia. Crassari crudeliter agere & supra modum seuire.

Dimarchus

Cōsternātæ p̄riæ. Aliq̄ subita ꝑturbatōe cōcitatæ. Vndecimus. Scilicet post mortē decē ꝑtoꝝ ipse undecimus eēt q opptimeret̃.

p Roximum & si nō eiusdem. Mos erat apud atheniēses ut forte traherent̃ q mores hominū & uitæ rationē īdagarent̃: & quos nō ꝓbatent: pupblicæ accusarēt: cū uitæ rationē reddere nō possent. Forēsis fidei. Quia ephilates in foro fecit qd̃ debuit: & hæc est fides forensis. Accusare publicæ. Vt apud nos cēsores de moribus iudicabāt ciuitatis: quos græci τιμητασ uocāt ita hii & accusabāt ut uitæ rationē tedderēt. Cuius filius Antiqui pueros amabāt egregiæ īdolis: præcipuæ pio quodam & honesto amore ut eos ad uirtutes excitarent & honores prouehérent. Miserabilis reus. Respiciēs ad ipius affectū: non enim accusare: sed accusari uidebat̃: in eadem persona erat uterq;. Sincera fide. Quia nulla pueri gratia cuius amore tenebatur ab officio deduci potuit.

q Vē syracusanus. Hic fuit Dion hippatini filius de quo in sequēti li. & in capitulo qd̃ incipit. Nequaq̄ Platoni: latius dicemus: ibi quærenda hæc historia: nam utriq; loco cōuenit: quod nō ad eius cōstantiā pertinet: cū illi nūciatū eēt: ab heraclide: & philippo īsidias sibi parari, nulla rōne adduci poterat ut illud de heraclide crederet. cognita deīde illius cōiuratiōe nō tulit æquo aīo Dion & uersum illū Homeri rettulit: ex secūda rapsodia ουκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη εἷς κοίρανος ἔστω εἷς βασιλεύς & ita iussit heraclidem interfici: clarissimus ergo dedit seruatæ constantiæ documentum: ut ne metu quidem uiolentæ mortis a ueræ amicitiæ officio potuerit absterreri.

Homerus

a Lexāder macedonū. Alexāder macedonū rex Dariū psarꝫ regē iam primū: acie ꝓflixerat. ille uero cuius iperio tota ferme asia subiecta erat: breui firmioīē reparauit exercitū: qd cū audisset Alexāder metuēs ne ī mōte tauro īrerciperet̃ ide citatissimo cursu aduersus Dariū ꝓfectus est: & cū uno die qngēta stadia cōfecisset: lōgo itineris labore: & solis ardore fatigatus: ut æstu se leuaret: corpus apud tarsū ī Cidnū fluuiū frigidissimæ aquæ demersit: & subitā ualitudinē ide cōtraxit: acciti undiqꝫ medici potionē saluberrimā: & ad eā uim morbi pellendā maxime accōmodatā cōstituerūt: quā cū philippus medicus suis manibus cōpositā: & tēperatā Alexādro porrexisset: ille itrepidus atqꝫ ipiger hausit: & sine cūctatiōe medicinā assūpsit: deide lr̃as q̄s paulo ante receperat a Parmenone: philippo legēdas tradidit: continebant aūt ut sibi a philippi medici caueret isidiis: quoniā pecunia corruptus & spe nuptiarꝫ sororis Darii mortē illi machinaret̃: fuit ꝓfecto Alexādri pectus cōstātiæ plenissimū: q a medico iā ꝓpe modū suspecto suæ īcolumitatis p̄sidium sumere dubitauerit. Opibus. Darii apparatū describit. Qu. curtius in pricipio secundi libri inquit inter hæc Alexāder & cætera. Cōtusis. Fractis & debilitatis ac ēt domatis. Parmenone uero q suspectas litteras Alexandro regi dederat: Eleāder & Pollidamas mandato Alexādri īteremerūt. hic sine rege Alexādro multa strēnue rex sine eo nihil magnæ rei gessit ut uult Qu. curtius li. vii. de hoc Parmenone rursus habebit̃ li. vi. ca. i. Liquore. Puritate solita. Cōspicuus. Adeo clarus ut ad ima usqꝫ arena cōspici posset. Stupefactis. Cōtractis. ē .n. stupor: cū p̄ admiratōe aut rei cuiuspiā horrore sensū aliquē amittimus animi uel corporis: ut stupor pedū: stupor dentiū: aut animi cū admiratiōe detēti sensū aliquē amittimus. Examinatiōe. Terrore. Ebetatis. Obtusis quādo res pdit uigorē suū: ut gladiū ebetatū: q atiē obtusā hēt. Fluctuabat. i dubio erat. Interpellari. Interrumpi. impediri.

Stupor

De moderatione aī. Liber. IIII.

t Ransgrediar ab saluberrimā. Ad capitulum transit moderatiōe. Est aūt moderatio cupiditatū nostrarū q̄dā quasi refrenatrix: q̄ nostros solutius euagari non sinit affectus. sed tanq̄ cæterarum uirtutum auriga hominis aīum ita componit ut qcqd fecerit aut dixerit: oīno rephensiōe careat: recte igit̃ cōstātiæ subiūgit̃: qꝫ eius q̄si mater sit atqꝫ magistra. Impotentiæ. Arrogātiæ & icōtinētiæ. Morsu. Quia nemo audet moderatū anium aliqua ratiōe mordere.

a Tqꝫ ut ibi. P. Valerius q Post exactos r̃ges primi cōsules ī urbe romana creati sūt iunius brutus & L. Tarqnius collatinus quo deīde pulso: qa ex gēte targnia foret ī eius locū cēturiatis comitiis substitutus ē. P. Valerius publicola. q fuerāt illius exactōis auctores & romāæ libertatis uīdices: Brurus obuiā regibꝫ q populo romano bellū īferebāt cū legiōe ꝓcessit: & sup Arūtē regis filiū quē hasta trāsfixerat: mutuo uulnere expirauit: ide mortui locū substitutus ē Lucre. lucretiæ pr̄: quo paulopost mortuo: Vale. p multes dies nullā subrogādi sibi collegæ mētionē facer̃: & ī sūma uelia: sibi domū edificar̃ populus eū r̃gnū affectar̃ suspicatus ē: qd ubi sēsit Vale. uotato ad cōtionē populo: d̄positisqꝫ fascibꝫ grauiter d illorꝫ leuitate conq̄stus: qꝫ se libertatis uīdicē paulo āte magna ābitōe p̄dicarēt. nūc eiusdē libertatis opp̄ssorē suspicarent̃: castigatis demū oībꝫ collegā sibi substituit spuriū lucretiū: eiqꝫ priores fasces p̄ferri iussit. ædes: q̄s ī sūmo uelie edificabat dirui & oēm materiā in planū atqꝫ īfimū locū dferri iussit: aliqd̄ deīde populares leges tulir: īter q̄s & illā ut nullus ciuis rōanꝫ aduersus ꝓuocationē uiolari posset. In cu. pricipiis. Publicolæ. A colēda plebe dictus: qa plebē mirifice coluit.

Publicola

q Vod sequitur & rei ipsius admiratione: & claritate auctori illustre. Alexander macedonum rex iclyta iā pugna excellētissimus opibus Darii contusis æstu & itieris feruor̃ ī cilicia pcalefactus cydno q aq liquore conspicuus tharsū īterfluit corpus suū īmersit. subito deinde ex nimio haustu rigore obstupefactis neruis: ac torpore hebetatis artubus maxīa exaīatiōe totius exercitus: ī oppidū castris ꝓpiquū defert̃: iacebat æger tharsi: iqꝫ ualitudīe eius aduersa instātis uictoriæ spes fluctuabat. Itaqꝫ cōuocati medici attētissīo cōsilio salutꝭ remedia circūspiciebāt. q quū ad unā potionē sniam direxissēt: atqꝫ eā Philippꝰ medicus suis māibꝰ tparā Alexādro (erat aūt ipsius amicus) & comes porrexisset: a Parmenōe missæ litteræ superuenerunt admonētes: ut rex insidias Philippi: ꝓinde ac pecunia corrupti a Dario caueret: quas cum legisset sine ulla cūctatiōe medicamētū hausit ac tūc legēdas philippo tradidit ꝓ quo tā cōstāti erga amicū īdicio dignissimā a diis īmortalibꝰ mercedē r̃cepit q incolumitatis eius præsidiū falso interpellari indicio noluerunt.

Valerii maximi historiographi liber tertius explicit.

Incipit quartus de aī moderatiōe. Ca. I.

T Rāsgrediar ad salubertimā ptē aī moderatōeꝫ: q̄ mentes nostras īpotētiæ & temeritatꝭ īcursu trāsuersas ferri non patit̃: quo euenit ut r̃præhēsiōis morsu sit uacua: & laudis quæstu sit opulētissima. itaque effectus suos in claris uiris recognoscat.

De. P. Valerio publicola.

a Tqꝫ ut ab incunabulis sūmi honoris incipiam P. Valerius q populi maiestatem uenerando

Exactis. Eiectis expulsis. sub titulo consulatus. Nomine quidem consules: re auté ipsa reges erant. nam oia regũ isignia cõsules habebát: nomé regũ post partã libertaté fuit romanis semp iuisum. Habitũ. Cõditioné. Dimidia ex parte. Nã cũ. xii. fasces unusqsq; cõsul semp haberet ipse tantũmodo sex uoluit hr̃e. Spurio lucretio. Qui itra paucos dies suffectus in lucretii locũ. M. Oratius puluilli. Cẽturiatis. Habitis p cẽturias: nam populus romanus in qnq; classes diuisus: & unaqueq; classis in cẽturias: ut apud titũ liuiũ decade ab urbe cõdita uidere licet: cũ igit suffragia dabant prime classis cẽturiæ rogabant: quæ si uariassent ad secũdæ classis cẽturias ueniebat: deide per ordiné id oẽs descẽdebát. Magistratus. Siue cõsul siue prætor siue alius

e Iusdẽ nominis & sanguinis. Hic Marcus est de quo diximus in capitulo de religione: ubi annotata est eius historia. Fuit aũt regulus iste magna populi romani gloria: sed non minor clades. nã quẽadmodũ ex hostibus uictoriã sæpe reportauit: sic tandẽ ab isdẽ captus cum magna exercitus strage fuit: q̃uis ergo in magna dignitate foret: tamẽ eius paupertatis fuisse cõstat: ut cũ sibi ꝓrogatũ esset ĩperiũ & interea uilicus eius: q. vii. iugerũ agrũ colebat decessisset: senatui scribere coactus est: se in ꝓuicia diutius esse nõ posse: ne si desertus & ĩcultus relinq̃ret̃ ager: nõ eẽt unde alerent̃ uxor & liberi. Li. lib. xviii. Attilius regulus ĩquit cum

Liuius

aliquod prælis aduersus carthaginenses pugnasset: successor ei a senatu prospere bellum gerenti non mitteretur: id ipm per lras ad senatu missas cóquestus e: in qbus iter causas petendi successoris q agellus eius a mercenariis diuastaret. Cotúderet. Frángeret: debilitaret: trãslatio a cuspide ferri. fuit aût regelus primus qui ad aphircá obsidédá pfectus est. Eiusdé. Quo superior seranus. Vilicú bubulcú: qui perat uillæ. In pupinia. Locus erat sterilissimus de quo supra diximus. nomé erat iuisum oíbus ob eius sterilitaté. Mercénarium. Bubulcú mercede conductú. Rustico ístruméto. Vt aratra: plaustra: ligones: boues: rastri. Vxor & liberi. Scripsit etiá: ut Liuius tradit nó habere unde filias in mrímoniú collocaret: qua in re nó minus depñédi pót q̃ta fuerit in pauptate dephésus. Quæ postq senatus. Liberalitatem senatus ostendit.

ctoriis cotúderet: ac prorogatum sibi ob bene gestas res in proximum annum imperium cognouisset: cõsulibus scripsit uillicum in agello: quem septem iugerum in pupinia habebat mortuum esse: occasióemq nactum mercénarium amato íde rustico instrumento discessisse: ideoque petere ut sibi successor mitteretur: ne deserto agro non esset a quo uxor ac liberi sui alerentur. Q uæ postquam senatus a cõsilibus accepit: & agrum Attilii ilico colendum collocari: & alimenta coniugi eius ac liberis præberi: resq; quas amiserat redimi publice iussit. Tanti ærario nostro uirtutis Attilianæ exemplum stetit: quo omnis ætas romana gloriabitur.

De Q uinto Cincinato.

Q ue magna latifúdia. L. Q uítii Cinciati fuerunt: septem eni iugera agri possedit: ex hisq tria quæ p amico ad ærarium assignauerat: mulctæ nomine amisit. pœná quoque p filio Cesone: quod ad causam dicendam nó occurrisset: huius agelli reditus soluit: & tamen ei quattuor iugera aranti nó solú dignitatis patrisfamiliæ cõstitit: sed etiam dictatura delata est anguste se habitare nunc putat: cuius domus tantú patet quantum Cincinati rura patuere.

De Elia familia.

Q Vid Elia familia q̃ locuplex sedecim eodem tempore Elii fuerunt: quibus una domúcula fuerat eodem loci: quo nunc sunt mariana monuménta: & unus in agro ueiente fundus minus multo cultores desiderans q̃ dominos habebat. Inq; maximo

Q ue magna latifundia. L. Qu. cincinati huius uiri uita & historia est in capitulo de moderatione notata: uerum ad huius lectionis expositioné illud non est prætermittendú: cesoné huius cinonati filiú adolescenté magni animi fuisse: & in quo pclaræ uirtutis specimen appareret: nisi inuidia uulgi ei magnopere obstitisset: a quo dánatus: patré qui ut soluédo eum liberaret: res suas omnes ferme distraxerat ad eam iopiá redegit: ut relicta urbe trans tiberim ruralé uitá agere cõpulerit: nam cum magna esset iter nobilitaté plebemq dissésio ob legé agrariá. quá lætus accipiebat populus. erat aût ut uiritim diuiderentur agri: qui bello parti fuerát: qua lege patres de possessione pellebant. Nobiles huic rei sumopere resistebát: ergo ceso cum iuuétute romana quotiescúq tribunus legé ferre uolebat: occurrebat: & illi pariter obstabat: hoc aút faciebat: ut cum oés ipedimento forét nulli potissimú ascriberet culpa: sed cum tribunus plebis diligétius animaduerteret: cesonis opus cócionem habuit ad populú de cesonis superbia: in quem grauiter iuectus nó prius destitit q̃ obtinuit: ut die dicta dánaret a populo pro quo liberádo pater cincinatus distractis rebus suis oíbus ad summá inopiá redactus est. Latifundia. Ampli & lati agri. hironice aút loquit nam fundus teste Seruio dicit ager: in quo sit omniú rerum fundamentú: uel ut uult Varro q sit pecudú & pecuniæ fundamentum: & a late & fundo cõponit latifundium. Liuius dicit: hæc latifundia quintia prata fuisse appellata: ubi deíde naualia facta sunt. dicit enim Quintius trans tiberim ubi nunc naualia sunt quattuor iugerum collebat agrum: quæ prata quintia uocant. Plinius libro decimooctauo. Aranti quattuor sua iugera in uaticano quæ prata Quincia appellantur Cinonato uiator attulit dictaturam: & quidem ut tradit Norbanus & nudo plenoque pulueris: etiam cum ore cui uiator uela corpus inquit ut proferam senatus populiq romani mandata. Pro amico. Hunc hominem uilem fuisse constat quandoquidem Titus Liuius nullam eius mentionem facit: p quo cinonatus se uadem dederat. Mulctæ. penæ. Ad causam dicendam. Ad defendendum se. Quattuor iugera. Nam alia tria obsignauerat ærano. Sed etiá dictatura delata. Cicero in catone maiore: siquidé aranti. L. Quintio cincinato nútiatum est eum dictatorem esse factum: cuius dictatoris iussu magister equitum Seruilius halla Spuriú melium regnú appetentem interemit. Angustæ. Vide q̃ uariæ sint res hoíum: si quis núc septé iuogerum domú hñet: uiderent angusta habitacula oíbus nñs eo pcessit iá luxuria romana.

Q Vid Elia familia q̃ locuplex. Eliorum familia genere patritio: & prole uirum fecunda. multis etiá rerum gestarum titulus illustrata: adeo pauper fuit ut cum uno tépore sedecim uiros haberet: omnes uno tectu satis angusto concluderet: uno agro perexiguo pasceret: uno etiam in theatro fláminee spectandi loco exornaret. quæ tamen omnia ob clarissimas eorum hominum uirtutes: illi res publica donauerat. Mariana monumenta. Vbi erat sacellum marianum: in quo suarum rerum gestarum monumenta contenebantur: ubi magnificentissimum illud senatus consultum de reditu Ciceronis in patriam factú fuit: referente optimo & clarissimo uiro lentulo consule. Minus multo. Adeo angustus ut multo paucioribus

Liuius

Plinius

Cicero

possset cultoribus coli q̄ dominos baberet. Flāmineo. In theatro sic dicto a flāmineo quodā: qui theatrum illud ædificari iusserat. Ob uirtutem. Non autem ob nobilitatem.

e Adem gens nullū. Prosequit̃ huius æmiliæ gentis continentiā paupertatē q̄ describere: eadem iquit gens nunq̄ in domo sua argentū habuit: sed primū in eam domū trāslatū fuit: a Qu. æmilio tuberone: hic aūt tubero gener fuit æmilii pauli eius qui persam regē uicit: & captū in triumphum duxit: ex eaq̄ uictoria hoc argentū habuit: nam cū socero suo militauerat i eo bello & ob eius facta fiala argētea donatus est: & hoc primū fuit argētū i Elio℞ domū trāslatū. Pli. uero i fine. xxxiii libri naturalis historiæ: dicit hūc Eliū duo habuisse pocula argentea. Qu. inqt Eliū tuberonē cū legati ætolo℞ in consulatu prādentē in fictilibus adissent: missa ab his uasa argētea non accepisse: neq̄ aliud habuisse argēti ad supmū uitæ diē; q̄ duo pocula quæ. L. Paulus socer ei ob uirtutē deuicto perseo rege donasset. Scrupulū. Voluit ex pōderis paucitate nihil argēti habuisse. estaūt scrupulus: qui latino noīe dicit̃ obolus: cōstat uero ex sex filiqs: nā filiqua mininū pōdus erat apud romanos qđ græci uocāt κεράτιον: uocauerunt hoc in granū illud qđ ex ea filiqua: quā nos fabā græcā uulgo dicimus detraxerūt: & p pōdere primo assūpserūt: alii dicūt scrupulū cōtineri tātūmodo q̄tuor filiqs: filiquā uero q̄tuor ordei grana cōtinere: & calculū & tertiā partē eius. calculū quoq̄ geminis lēns granis aphēdere. uarie igit̃ de his pōderibus sententiæ q scrupulū dicūt sex filiqs cōprehēdi uolūt: filiquā minimū pōdus esse & post scrupulū posuit: drachmā: quā ex decē & octo filiqs cōstare uolūt: hoc est ex tribus scrupulis. post drachmā argēteū numū: q denarius apud romanos uocabat̃: hic ex q̄tuor scrupulis erat cōfectus: post hunc seq̄bat̃ uncia: quæ ex octo drachmis siue sex denariis cōstabat: post unciā libra italica: q̄ ex. xii. cōstabat unciis. hoc est denariis sepruagita duobus. sūt q uelit hāc librā apud græcos μνᾶν dici: quā nos per iterpositionē litteræ minā traducere cōsueuimus: sed mina sine dubio maior est libra nr̃a. Genere suo. Paulus æmilius duas filias habuit: q̄℞ alterā huic: alterā Catoni Marci Catonis maximi filio locauit. Ieiunos. Exhaustos: legit̃ in eius uita q dos uxori cū dāda fuit uix eius prīmonium suffecit: uxor fuit illi papirea: quā ut nōnulli uolunt repudiauit alia superinducta: q̄uis ex illa pulcherrimā ,plē suscepisset.

Plinius

Scrupulū

Siliqua

Calculū

Drachm

Nūmus argente

Vncia

Libra Italica

Mina

circo flāmineo spectaculi locus: quæ quidem loca ob uirtutem publice donata possidebant.

e Adem gens nullum ante scrupulum argenti habuit: q̄ Paulus pse rege deuicto. Q. Elio tuberoni genero suo quinq̄ pondo argenti ex præda donaret. Taceo enim q̄ princeps ciuitatis filiam ei nuptui dedit: cuius pecuniam tam ieiunos pœnates uidebat: qui ipse quoq̄ adeo inops decessit: ut nisi fundus quē unum reliquerat uenisset: uxor eius dotem unde reciperet: non extitisset.

a Nimi uirorum & fœminarum uigebāt in ciuitate: eorumq̄ bonis dignitatis æstimatio cunctis in rebus ponderabatur: hæc imperia cōciliabant: hæc iungebant affinitates: hæc in foro: hæc intra priuatos penates plurimum poterāt. patriæ enim rem unusquisq̄ non suam augere properabat: pauperq̄ i diuite q̄ diues in paupere imperio uersari mallebat: atq̄ huic tam preclaro proposito illa merces reddebatur: q̄ nihil eorum quæ uirtuti debentur: emere pecunia licebat: iopiæq̄ illustrium uirorum publicæ succurrebatur. De Cn. Scipione.

i Taq̄ cū secūdo punico bello Cn. scipio ex hispania senatui scripsisset: petens ut sibi successor mitteretur: quia filiam uirginē adulte iam ætatis haberet: neque ei sine se dos expediri posset: senatus ne res publica bono duce careret: patris sibi partes desūpsit: consilioque uxoris ac propinquorum scipionis

a Nimi uiro℞. Ratio cur id accident: quia romæ tūc hoīum dignitates nō ex fortunis: sed eo℞ uirtutibus pōderabant̃: nā q aīo℞ bonis diuites erāt: his magistratus his affinitates ultro deferebant̃. Cūctis in rebus. Siue magistratus demandādo: siue filias collocādo. Hæc. Scilicet bona animi & declarat quia dixerit cūctis in rebus. Patriæ rem. Vtilitatem & reipublicæ suæ cōmodū. Pauperq̄. Malebant inquit ut pauperes diues īperiū regerent: q̄ diuites exiguū haberent īperiū. frustra enim priuata defendūtur: si publica amittuntur. Atq̄ hinc tam præclaro. Quia occurrebat illud si pauperes erant quomodo id facere poterant: respondet si priuatī non poterant publicæ pecuniam accipiebant.

i Taq̄ cū secundo. Probat exēplis q̄ pecunia publicæ erogabat̃ his q reipublicæ ītenti: sibi suis opibus adesse nō poterāt: nā ut legimus apud. T. Liuiū decade secunda: cū in hispania res bene gessissent. P. & Gn. Scipiones ac Gn. Scipio filiā hr̃et quæ eēt matura uiro & plenis iā nubilis annis. scripsit ad senatū ut sibi successor mitteret̃: quo posset locādæ filiæ cōsulere cū non haberet unde illi dotem erogaret: quæ suo esset studio & īdustria cōparāda: qđ ubi senatus cognouit filiā eius locauit: dotē ex ærario deprompsit ne respublica tāto īperatore careret. Frōtinus li. iiii. capi. iii. Gn. Scipio post res ,pspere gestas in hispania in summa pauptate decessit ne ea qdē relicta pecunia quæ sufficeret in dotem fœmina℞ quas ob inopiam publicæ donauit senatus. Adultæ ætatis. Quæ iam nubilis esset. Habitus. Status: ex hoc iquit facile conici potest q̄ta fuerit maiorum paupertas ut dos luxuriosa quodammodo censeretur quæ decimum æris fuisset: quantā fuisse legimus quā filiæ suæ dederat cæso: multo uero maiorē suo tēpore admirationis Megule dotē fuisse

Frōtinus

constat adeo ut inde cognomen acciperet.nam dotata cognominata est. Dotatæ.Quasi per excellentiam.

Dem senatus.Alia subiungit exēpla quibus ostendat & principum romanoꝝ paupertatē & senatus liberalitatē qua erga principes suos uirtute præstantes sed inopia laborantes usus est:nam horum filias ex ærario deprompta pecunia uiris in matrimonium condigne locarunt.neque enim dotis aliquid habebant præter paternam gloriam quā clarissimis rebus gestis consecuti fuerant eaꝝ patres. Ab indotatis.Quia necesse erat ut sine dote nuberēt:nisi publicæ errogate foret. Vindicauit.Liberaret. Quod acceptum referrent.Quod ascriberent paternæ hæreditatis se recepisse pro quo etiam gratias agerent.

Arcus autem scaurus.De hoc uiro in capitulo de fortitudine dictum est:exiguum a patre censum adeo recepit ut per eum ad senatoriam dignitatem nō suffragante uirtute peruenire non potuisset.constat aūt ter senatus principem multis clarissimisq; honoribus functum esse.legi nōnullos qui dicunt huius patrem fuisse carbonariū. Mancipia.Seruos:mancipium quicquid manu capitur:quod a priori domino ad aliū trāsire pōt.

Acc igitur exempla.Concludit hoc de paupertate capitulū cum in uectione quadam in eos:qui rebus magis inhiātes q̄ honoribus cōqueri nunq̄ desinūt ꝙ parua possideant:& se cū illis connumerat:ut tollerabilior habeatur inuectio.nos inquit consolemur auditatem nostram eiusmodi uiroꝝ exemplis. Hæc exempla.Viroꝝ & principū romanoꝝ qui in exiguo erant censu. Vacuos esse sinimus.Idest nunq̄ desistimus cōqueri paruitatem cēsus nostri. Nullum autem uel.His solatiis acquiescere debemus:& cupiditates nostras temperare ꝙ nullum ne minimi quidem ponderis argentū & cætera.sicut in Eliorum familia. Paucos seruos.Sicut fabricii papirii scauri. Septem iugera.Vt quincii & reguli. Aridæ terræ.Vt pote in pupinia. Indigentia funera.Vt Valerii publicolæ. M.Menenii agrippe. Inopes dotum filias.Vt Marci Attilii Fabricii Lucinii Scipionis.

Vid ergo.exurgamus potius.Scilicet q̄ lamentemur. Debilitatos spiritus Nihil est enim quod magis uiriles animos eneruet q̄ cupiditas pecuniæ: ut Salustius. Auaritia pecuniæ studiū habet quā nemo sapiens concupiuit:ea quasi ueneni malis imbuta corpus animumq; uirilem effœminat: semper infinita & insatiabilis est:neque copia neq; inopia minuitur. Capitolii humilia.Cū adhuc humile esset capitolium. Fictilibus. Sic numa pompilius instituit.

Salustius

De uerecundia. Capitulum .V.

Qua tempestiuus ad uerecūdiā.More suo Valerius ad aliud capitulū trāsiturus pfationē quandā pmittit:qua hoc superiori coniūgit:ne ex abrupto fieri trāsitus omnino uideatur.laudat autem uerecūdiam multis claroꝝ uiroꝝ qui hac uirtute præditi fuerūt. exēplis in medium prolatis.Est quidē uerecūdia secundū Aristotelē in quarto æthicoꝝ timor quidā pudoris contrahendi:iuxta quē Cicero hoc modo diffinit:uerecundia est custos uirtutū omniū:dedecus fugiēs laudēq; maximam conferens:& secundum has sententias:nunc eā Valerius laudat.nam uerecūdia

Aristoteles

Cicero

constituta dote:summam eius ex ærario erogauit:ac puellam nuptui dedit.dotis modus quadraginta milia æris fuit : qua noti solum humanitas patrum. C. sed etiam habitus ueterum patrimoniorum cognosci potest:nāq; adeo fuerunt arcta:ut acia Cenonis filia maximā dotē ad uirū decē milia æris attulisse uisa sit:& mergulia quia cum quingētis milibus æris mariti domū intrauit:dotatæ cognomē inuenerit.

Dem senatus Fabricii Lucinii scipionisque filias ab indotatis nuptiis liberalitate sua uindicauit:quoniam paterne hæreditati præter opimā gloriam nihil erat quod acceptum referrent.

De.M.Scauro.

Arcus autem Scaurus quantulā a patre hæreditatem accepit in primo libro eorū quos de uita sua scripsit refert:ait enim sibi decem sola mancipia: totumq; cēsum quinque atque trigīta milium nummi relictū:in hac enim ille pecunia futurus princeps nutritus est spiritus.

Ec igitur exempla respicere: his acquiescere solatiis debemus qui paruulos census nostros nūquam quærelis uacuos esse sinimus. nullum autem uel admodum parui ponderis argentum: paucos seruos:septem iugera aridæ terræ:indigētia domestica impensa funera:inopes dotum filias:sed egregios cōsulatus:mirificas dictaturas innumerabiles triūphos cernimus.

Vid ergo mendicam fortunam quasi præcipuum generis humani malum diurnis conuiciis laceramus: quæ ut non habundātibus ita fidis uberibus.Publicolas:æmilios:Fabricos: curios : Scipiones Scaurios:hisque paria robora uirtutis aluit : exurgamus potius ais:pecuniæq; aspectu debilitatos spiritus pristini temporis memoria recreemus:namque per Romuli casam:perque ueteris capitolii humilia tecta:& æternos ueste focos:fictilibus etiam nunc uasis contentos:iuro nullas diuitias paupertati taliū uirorum posse præferri.

De uerecundia. Capitulū quintum.

Q ua tempestiuus ad uerecundiā trāsitus uidetur .Hæc enī iustissimis uiris præcepit

inserta animis hominum: facit ut uitiis moderari possint: & quis medium quoddã habere uideatur: sicut uir
tus: nõ tamẽ uirtus est: sed affectus qdã & passio: qđ ita eẽ ꝓbaẽ. uerecũdia est timor cõfusionis: timor aũt pas/
sio est: igitur & uerecundia passio: uerecũdia sine corporis mutatione persistere non potest quemadmodum
timor. nam sicut timor pallorem inducit ita & uerecundia ruborem. unde Terentius de uerecundo adolescẽ
te: erubuit salua res est. Cur autem timor pallorem: uerecundia ruborem inducant: hæc ratio est natura spiri
tus & humores ad eam partem dirigit quæ mouetur. in timore autem mouetur cor. ergo perturbatione cor
dis pallor innascitur: sed in uerecundia exteriora laborant: unde uultus rubore suffunditur. Sciẽdum est duo

ut priuatas facultates negligerent: publicas quã am/
plissimas esse cuperent: digna cui perinde ac cœlesti
numini templa extruantur: aræq; consecrentur: quia
parens est omnis honesti consilii: tutela solemnium
officiorum: magistra innocentiæ: cara proximis: acce
pta alienis: omni loco: omni tempore fauorabilẽ præ
se ferens uultum.

f Ed ut a laudibus eius ad facta ueniamus a con
dita urbe usq; ad fabricanum & Tiberium lõ/
gum cõsules: promiscuus senatui & populo spectan/
dorum ludorum locus erat: nũquã tamẽ quisquam
ex plebe in theatro ante patres. C. spectare sustinuit:
adeo circũspecta nostræ ciuitatis uerecundia fuit.

q Væ quidem certissimum sui documentum ẽt
illo die exhibuit: quo. L. flaminius extrema in
parte theatri constitit: quia a. M. Catone & L. Flac/
co censoribꝰ senatu motus fuerat: consulatus iam ho/
nore defunctus: frater etiam. T. flaminii macedoniæ
philippiq; uictoris: omnes enim transire in locum di
gnitati suæ debitum coegerunt. De Terenrio.

c Onfregit rem publicam Terentius Varro can
nensis pugnæ temerario ingressu. Idem delatã
ab uniuerso senatu & populo dictaturam recipere
nõ sustinendo: pudore culpam maxime cladis rede/
mit: effecitque ut acies deorum iræ modestia ipsius
moribus ĩputarentur. Itaque titulo imaginis eius spe
ciosius non recepta dictatura: q̃ aliorum gesta ascri/
bi potest.

genera hominum esse in quibus affectus per
uerecundiam depræhendi non possunt: senes
per ætatem: prudẽtes per uirtutem: nam seni/
bus ætas succurrit: quia in ipsis uigor nõ est: sa
pientibus uero suffragatur. ergo tantum in iu
uenibus & adolescẽtibus cognoscitur quibus
uigor maximus inest. Vnde Cato dicere sole/
lebat se lõge plus adolescẽtibus delectari quo/
rum uultus rubore potius q̃ pallore persun/
derentur. quapropter a flagitiis arceãtur ado/
lescẽtes necesse est. hanc autem græci εσκινην
uocant. unde Terẽtianus ille adolescẽs heschi/
nes. Tempestiuus. Oportunus ne abrutus
esse uideaẽ. Cœlesti numini. Digna ut tanq̃
dea colaẽ. Honesti cõsilii. metu dedecoris.
Tutela. Custos quia qui uerecundus est nõ
audet in officiis quicq̃ cõmittere quod dede/
cus habeat & repræhensionem mereatur.
Cara proximis. Quia omnes diligũt uere/
cundum hominem & contra habẽt odio in/
solentem & inuerecundum.

s Ed ut a laudibꝰ eius. De uerecũdia ple
bis romanæ primum ponit exemplũ
quæ præcipue patuit eo die quo. L. flã
minius in extrema parte theatri cõstituit: hic
frater fuit. T. Qu. Flaminii: qui deuicto philip
po rege macedoniæ omnes ciuitates græciæ
libertate donauit: sed quia hic. L. in exercitu ad
gratiam scorti iusserat quendam securi percu
ti: portius Cato censor eum senatu amouerat
sicut supra li. ii. capitulo de censoria nota: ergo
cum uenisset in theatrũ conscius ignominiæ
in extremã partem se recepit. plebs uero: quia
& consul fuerat & senator & frater. T. flami/
nii in eum locum quem habuerat trãsire coe/
git. A condita. A principio urbis ad hos con
sules quingentos & octo fluxisse annos ferunt
Promiscuus. Confusus sine dignitatis dis/
crimine: plebei patribus permixti spectabant.
primus autem qui in spectãdis ludis plebem
a pr̃ibus seperauerit fuit scipio Aphricanus: q post id factũ popularẽ aurã pœnitus amisit ut supra diximus.

c Onfregit rempu. Terentius Dictum est in capitulo de neglecta religione. Terẽtium Varronem lanii
cuiusdam fuisse filium qui ad consulatum populari aura perductus illo calamitoso hanibalis tẽpore
cum ipso hanibale apud cannas infœlicissime dimicauit paulo æmilio eius collega dissuadente atq;
etiam inuito: qui magis non probare q̃ non adiuuare eius cõsilium poterat: hic uero q tãtæ cladis auctor ex/
titerat cum paucis admodum fugit: cui senatus populusq; romanus obuiam processit & gratias egit q de re
publica non desperasset. eidem dictaturam obtulit quã uerecundia motus recipere non sustinuit. Frontinus Frõtiuus
libro. iii. de constantia. Paulus inquit amisso ad cannas exercitu offerente equum lentulo quo fugeret super/
esse cladi quamquam non per ipsum contractæ noluerit. sed in eo saxo: cui uulneratus acclinauerat persedit
donec ab hostibus oppressus confoderetur. Varro collega eius uel maiore constantia post eandem cladem ui
xit: gratiæque ei a senatu & populo actæ sunt: quia non desperasset rempublicam: non autem uitæ cupidita/
te: sed reipublicæ amore se superfuisse reliquo ætatis suæ tempore approbauit: & barbam capillumque sub
misit & postea nunquam recubans cibum cœpit: honoribusque cum ei deferrentur a populo renunciauit: di/
cens fœlicioribus magistratibus reipublicæ opus esse. Acies. Scilicet romanæ in ea pugna prostratæ. Spe
ciosius. Honestius eam deposuit q̃ alii gessere.

n Os autē ad magna cum inuidia. Hoc exemplum supra memoratū est libro tertio capitulo de his qui degenerarūt a parētibus: nā Cicereius cū ꝑtoriis comiciis cōpetitor esset Cn: Scipionis filii superioris aphricani oībus suffragiis illi ꝑponebaſ. hic ergo uerecūdia motus se tāti uiri filio ꝑpositū iri: ex cōpetitore suffragatorē se fecit. Inuidia. Quia oēs oderāt tanti uiri filiū cōpetitorē esse scribæ. Carpebaſ. lacerabaſ. Crimē. Quo oēs fortunā criminabanſ. Cēturiis: q̄ prætogatiuæ erāt. Tēplo descēdit. Ex loco marti cōsecrato. i. cāpo martio; qd̓ tēplū erat. nusq̄ enī cū populo agi licebat nisi in loco sacro: & oīs locus sacer tēplū dicit̄. Nec minimū. Magnū fuit ꝑciū uerecūdiæ: nā sibi magno cōstitit: q̄a præturā amisit: ut seruaret uerecūdiam. Aphricani. Nō aūt filio sed patri cuius fuerat scriba & cliens.

Cicero

a C ne ꝑtinus. Hoc quoq; exēplū Cicero in libro de oratore narrat: cū mos eēt cādidatoꝝ ambire populū hoc est unūquēq; eoꝝ q suffragia dabāt manibus ꝑhēsare atq; orare ut suū sibi suffragiū ꝑstarēt: qđ ꝑfecto īeptū & īdignū uidebaſ: & erat ut uiri ꝑcipui cogerentur se subiicere plebeis: hac igiſ uerecūdia Marcus crassus nunq̄ hoc facere potuit præsente Sæuola socero suo. hic Sæuola filius fuit. P. Sæuolæ iurisꝑiti: & ab hoc dr̄ Cicero quā habebat iuris ciuili sciētiā quātacūq; foret accepisse. Ne protinus. Ne stati inqt relinq̄mus comitia de q̄bus mētionē fecimus. Maiorē uerecūdiā. ac si diceret plus uenerationis auctoritati Sæuolæ q̄ magistratui quem petebat præstitisse uidetur.

p Ompeius aūt. M. De uerecundia magni Pōpeii dicit: qui cum acie pharsalica uictus fuisset: larissam thesaliæ ciuitatē se contulit: ubi corneliam uxorē suam tātisper locauerat dū uidereſ exitus belli; ubi cum totus populus honoris gratia obuiā ꝑcederet uerecūdia motus: ite īquit & istud officiū ꝑstate uictori. Lucanus; sed quid opus uicto populis aut urbibus īquit uictori ꝑstāti fidē. Dicerē. Adulaſ Valerius. īdignus īquit Pōpeius uinci nisi uictus esset a cæsare q̄ tātus est īperator ut ab illo uici nō sibi turpe fuerit.

Lucanus

q Vam præcipuam. Iulius cæsar qui primus imperator rempublicam occupauit: cum io capitoliū ascendisset ubi senatus habebatur: & frequentissimus tanq̄ illi nouos & amplissimos honores demandaturus cōuenerat. iamq; paratī essent īterfectores qui in eius cædē conspirauerāt: ubi uidit Brutum stricto gladio in se ruētem dixisse fertur: & tu fili. nam illum non secus ac filium dilexerat. deīde togam ad talos usq; demisit ne quid moriens obscænitatis ostenderet quæ magna fuit uerecundia; ut etiam in ipsa morte honestatis memor esset: nec illum malorum conspiratio; aut uulnerū atrocitas peruertere potuerunt ut obliuisceretur uerecundiæ. Suetonius cæsar inquit ut animaduertit se undiq; strictis pugionibus peti: toga caput obuoluit simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit: quo honestius caderet etiam inferiore corporis parte uelata. Diuinus spiritus. Quia cæsar inter deos dicitur esse translatus. Demisit. Vsq; ad talos. In hunc modū. Laudat cæsarem cum assentatione more suo. quasi dicat. cæsar hoc uno peteundi modo: non se hominem: sed deum esse declarauit.

Suetonius

De Cn. scipione & scriba Cicereio.

n Os aūt ad præclarū uerecūdiæ opus transgrediamur: magna cū īuidia fortuna prætoriis comiciis aphricani superioris filiū Cn. Scipionē & Scribam Cicereium in campum deduxerat: utq; nimis īpotens sermone uulgari carpebatur: q̄ tāti uiri sāguinem clientelamq; comitiali certamine confuderat. Cæterum crimen eius in suam laudem cicereius conuertit. Nam ut uidit omnibus se centuriis scipioni anteferri: templo descēdit: abiectaq; candida toga cōpetitoris sui suffragatorem agere cœpit: ut scilicet præturam melius aphricani memoriæ concederent: q̄ sibi uendicaret: nec maximum uerecundiæ precium scipio tunc honorem adeptus est sed Cicereio magistratus lati sūt.

De. L. Crasso.

a C ue protinus comiciis abeamus consulatum petens. L. crassus quum omnium cādidatorum more circum forū supplex populo ire cogereſ: nunq̄ aduci potuit: ut id præsente. Q. sæuola grauissimo & sapientissimo uiro socero suo faceret. Itaq; rogabat eum ut a se dum ineptæ rei inseruiret discederet: maiorem uerecundiam dignitatis eius q̄ candide togæ suæ respectum agens.

De Pompeio magno.

p Ompeius autem magnus pharsalica ī aciæ uictus a cæsare: quum postero die larissam intraret: oppidiq; illius uniuersus populus obuiam ei processisset: ite inquit & istud officium præstate uictori: dicerem non dignus qui uinceretur nisi a cæsare esset superatus certe modestus ī calamitate. Nam quia dignitate sua uti iam non poterat: usus est uerecundia.

De Caio Iulio Cæsare.

q Vā præcipuā ī Caio quoq; cæsare fuisse sæpenumero apparuit: & ultimis eius significauit dies: cum pluribus. n. parricidarū uiolatus mucrōibus īter ipsū: & illud tēpus quo diuīus spūs mortali secernebatur a corpore: ne tribus quidē & uiginti uulneribus quin uerecundiæ obsequereſ absterreri potuit: siquidem utraq; togam manu demisit: ut īferior pars corporis tecta collaberetur. in hunc modū nō hoīes expirant: sed dii īmortales sedes suas repetunt.

q Vod sequitur. Ingenti laude prædicanda modestia quæ sequitur cuius exemplum ideo dicit externis adiungendū potius q̄ domesticis cum tuscus esset adolescēs ille de quo loquit᷑; quia uerecundiā hanc egit ille anteq̄ tusci essent romana ciuitate donati. fuit autem eiusmodi exemplū: qđ si in christiano adolescente inueniretur una omnium uoce laudaretur. Spurina præstantis formæ adolescens: matronarum & uirginū oculis insidiosus erat: quippe qui non sine cupiditate aspici posse uideret᷑: tanta eius formæ uenustas: ut iam uxores & filias habētibus suspectus admodū esset. hic ergo cū uideret se causam esse plerūq; dissidii iter uiros & uxorē adeo moleste tulit: ut igressus cubiculū: omnē uultus orisq; decorē illatis uulneribus cō

Externa de spurina.

q Vod sequit᷑ externis adnectam: quia ante gestum est q̄ Ethruriæ ciuitas daretur. excellentis i ea regione pulchritudinis adolescēs nomine spurina: cum mira specie complurium fœminarum illustrium sollicitaret oculos: ideoq; uiris ac parētibus earum se suspectum esse sentiret: oris decorem uulneribus confudit: deformitatemq; sanctitatis suæ fidē: q̄ formam irritamentum alienæ libidinis esse maluit.

De quodā sene Atheniensi.

a Thenis qdā ultimæ senectutis cū spectatū ludos i theatrū uēisset: eūq; nemo e ciuibus sessū reciperet: ad lacedæmoniorū legatos forte puenit: qui hōis ætate moti cāos eius & ānos assurgēdi officio uenerati sunt: sedēq; ei iter ipsos honoratissimo loco dederūt: qđ ubi fieri populus aspexit maxio plausu alienæ urbis uerecundiā cōprobauit. ferūt tūc unū e lacedæmōiis dixisse: ergo atheniēses qđ rectū sit sciūt: sed id facere negligūt.

De amore cōiugali. Ca. VI.

a Placido & leui affectu ad æq̄ honestū uerū aliq̄to ardētiorē & cōcitatiorē pgā: legitimiq; amoris q̄si q̄sdā imagines nō sine maxia ueneratiōe cōtēplandas lectoris oculis subiiciā ualenter: iter coniuges stabilitate fidei opa pcurrens ardua imitatu: cæterū cognosci utilia: qa excellētissima aīaduertēti ne mediocria qđ ē præstar᷑: rubori oportet eē.

De. T. Graccho & Cornelia eius uxore.

t Iberius Gracchus anguibus domi suæ mar᷑ ac fœmina apprehēsis: certior factus ab aruspice mare dimisso uxori eius: fœmina ipsi celerem obitū īstare: salutarem cōiugi potius q̄ sibi partem secutus augurii: marē necari: fœminā dimitti iussit: sustinuitq;

fuderit: & se cicatricibus aspectu deformē reddiderit: maluit deformitatē suæ castitatis esse testimoniū q̄ formā alienæ libidinis irritamētū. sunt qui putāt hunc fuisse spurinā cæsaris aruspicē qđ mihi non placet. Ciuitas dona. Anteq̄ ciues romani fierēt hetrusci: nā constat hetruriæ datā aliquādo fuisse ciuitatē. Sollicitaret oculos. Quia quacūq; icederet mulieres in eū oculos cōiiciebant: & mouebant᷑ eorū animi quæ lasciuioribus oculis essent uiris & parētibus suspiciores reddebantur ut uersus ille. O facies oculis isidiosa meis. Suæ sanctitatis. Vt oēs crederēt eum icorruptū: & nulla p̄rsus libidine uexatum: qđ animi ppositū in christiano miris laudibus extolleretur.

a Thenis quidā. Legati lacedæmonum forte athenis erant cum ederent᷑ ludi: uenerunt ergo in theatrū & ipsi spectatū. & cum iam consedissent oēs & ludi agi cœpissent: igressus est theatrū senex quidā: qui cū sua quisq; loca occupassent totum theatrū circuibat locū quærens: tandē uenit ad hos legatos qui eo sene assūrrexere: & locū ei dedere: tum athenienses plausum dedere uidētes tantam legatis iesse uerecundiam: quorū unus dixisse fert᷑: atheniēses pbe scire quid rectū sit & honestū: cæterū illud negligentia p̄termittere. Cicero in catone maiore. Memoriæ iquit p̄ditū est cū athenis ludis qdam grādis natu in theatrū uenisset magno cōsessu nusq̄ ei locum datū a suis ciuibus. cū aurē ad lacedæmonios accessisset: q legati cū essent certo in loco cōsederāt: cōsurrexisse oēs illi dicūtur & senem sessum recepisse: qui cum a cūcto cōsessu plausus esset multiplex datus memoriæ p̄ditū est dixisse ex his quēdam atheniensem scire quæ recta essent: sed facere nolle. Cicero

De amore coniugali. Capitulum .VI.

a Placido & leui affectu. Trāsit ad capitulū de amore cōiugali ubi eorū narrant᷑ exēpla qui isolubili iter se dilectionis nexu fuerūt in ea sorte copulati: sed more suo laudat in hac p̄fatione talē animorū affectum. Cōcitatiorē. Vehemētiorē. Legitimi amoris. Quia certa lege cōfœderati sūt uir & uxor q̄q̄d aūt lege tenet᷑ legitimū dr̄. Stabilitæ. Quia nō ad tp̄s amarūt & ad tp̄s destiterūt. Quia excellētissima. Vere iquā est ardua: qa quæ in aliis magna & solēnia recognoscit: erubescit si ipse mediocria nō p̄stet.

r Iberius gracchus. Cicero li. de diuinatiōe. Quid tiberius gracchus. P. filius qui bis cēsor & consul fuit idēq; & sūmus augur & uir sapiēs ciuisq; p̄stās nōne ut. G. gracchus eius filius religt scriptū duobus anguibus domi cōprehēsis aruspices cōuocauit: q cū respōdissēt: si marē emisisset uxori breui tp̄e eē moriendū si fœminā ipsi æquius esse cēsuit se maturā mortē oppetere: q̄. P. Aphricani filiam adolescentē intēpestiua fata icurrere fœminam dimisit: ipse paucis diebus postea mortuus ē. Plinius li. vii. naturalis historiæ ca. de pietate. Gracchorū iquit pater anguibus cōpræhēsis in domo cum respōderet᷑ ipsum uicturū alterius sexu iterępto: imo uero iquit meū necate. cornelia enim iuuenis est & parere adhuc potest: hoc erat uxori parcere & reipublicæ consulere: idq; mox consecutū est. Obitū suū. Et ita quoq; fuit: nam cornelia superioris Cicero Plinius

Aphricani filia. T. graccho uiro suo superuixit. Itaq; cornelia. Hanc ut supra diximus in capitulo de reconciliatis gracchus post factam ad sacras mensas reconciliationem accepit uxorem.

o Te thesaliæ rex. Admetus rex thesaliæ graui morbo implicitus per legatos Apollinem de salute consuluit: Apollo respondit ita eum uiuere posse si quēpiam inueniret: qui uellet pro eo fata subire: tentatis igitur omnibus propinquis amicis clientibus & ipsis deniq; seruis sola uxor inuenta est: quæ p eo mori uoluerit. reprehēdit autem & quodammodo detestatur eum Valerius q fidelissime uxori superstes esse uoluerit: fuit hæc Alcestis nomine filia pele patruelis iasonis Thesaliæ regis: fœmina quidem formosissima ex qua natus est Eumellus Admeti filius qui ad Troiam cum aliis græcorum ducibus ueniens. xi. præfuit nauibus: hæc usq; adeo uirum amauit ut uolūtariam pro illo mortem suscipere nō recusauerit: de qua Seneca in medea dixit. Coniugis fatū redimēs pherei uxor impendit animam marito. Ouidius lib. iii. de pōto: de oxore sua dixit. si mea mors redimēda foret: quod abhominor esset Admeti coniunx quā sequereris eras. Iuuenalis in satyra: credo pudicitiam dixit: spectat subeuntem fata mariti Alcestē: & similis si permutatio detur: morte uiri cupiant animā seruare catellæ: hāc Plato dicit in symposio ppter hoc factū meruisse a diis īmortalibus ut ab īferis reuocaret ad superos Sub magno iudice. s. Apolline.

[Margin: Seneca. Ouidius. Iuuenalis]

u Ilior graccho. Hic senatorius homo fuit dignitate non mediocri: cæterum graccho longe inferior: cui nulla in re conferri posse uidetur nisi in amore coniugali: adeo misere uxorem amauit: ut audita eius morte ei diutius superesse noluerit: nam sibi quāprimum pectus gladio transfixit impatientia doloris: quem superuenītes amici & domestici grauiter castigarunt: & inceptum opus exequi nō permiserunt: qq a pposito deterrere & a constitota in animo suo morte reuocare non potuerunt: nā inde amotis arbitris omnibus fascias dissoluit: uulnus disrupit & constanti animo spiritum emisit. Vilior. Qui non tātæ dignitatis fuit. Iniquæ fortunæ uictima q̄uis. Sceuæ quæ illorum amorē diremit. Imporēs pectus suū gladio pcussit: Impatiēs. Occasio data. Scilicet absentibus amicis. Fasciis. q̄bus erat alligatus.

e Iusdem nominis. Hoc fuit confecto iā bello macedonico ī quo romani quorūdam Asiæ populorum armis & opera fuerant usi: debellata ergo prouincia & paratis rebus omnibus cum ad socios remitterent classem ei legationi præfecere. C. plaucium senatorium uirum & in republica non obscurum: qui cum Tarētum peruenisset uxor eius Orestilla quā itineris comitem secum adduxerat morbo īplicita perit: cuius mortē cum equo animo ferre non posset īter īpm funeris officiū stricto ēse īcubuit: & ita quos semel fortuna cōiūxerat mors nō diremit. nā uterq; eodē rogo cremati & eodē sepulchro cōditi fuerūt: titulusq; sepulchro īscriptus φιλουν Ἰων τον Δαφοσ amātū monumētū. Vngēdi &. Apud maiores cadauera p̄ciosis q̄busdā unguētis deliniebant: & ī rogis multa simul aromata cū cadaueribꝫ cremabāt: unde legit de sylla tātā multitudinē aromatū fuisse ī eius rogo consumptā ut imago eius his unguentis effigiē quandā cōtraxerit. Vir. in. vi. de miseno: corpusq; lauant frigentis & ungunt. Nec dubito. Loquitur secundum epicureos qui dicebāt nullum sensum remanere post mortem: sed omnia pariter cum corpore extingui. Consortionem. Coniunctionem.

[Margin: Virgilius]

inconspectu suo seipsum in interitu serpētis occidi. Itaq; Corneliā nescio utrum se fœliciorem dixeri q talem uirum habuerit an miseriorē q amiserit.

De Admeto rege Thesaliæ.

o Te Thesaliæ rex Admete crudelis & diri fati crimine sub magno iudice dānatū qui cōiugis tuæ fata p tuis pmutari passus ē. eaq; ne tu extigueris uolūtario obitu cōsūpta lucē ītueri potuisti: & certe prius parentum īdulgētiam temptaueras fœmineo aīo impar inuentus.

De. C. Plautio.

u Ilior Graccho iniquæ fortunæ uictima q̄uis senatorii uir ordinis. C. Plautius numida: sed in consimili amore par exemplū: morte enim uxoris audita doloris impotens pectus suum gladio percussit: interuentu deinde domesticorum inceptum exeq phibitus colligatusque ut primum est occasio data: scissis fasciis ac uulnere diuulso constāti dextera spiritū luctus accerbitate permixtum: ex ipsis præcordiis & uisceribus hausit: tam uiolenta morte testatus q̄tum maritalis flammæ illo pectore clausum habuisset.

De. M. Plautio.

e Iusdē ut nomīs ita amoris quoq;. M. Plautius: nā cum impio senatus classem sociorū sexaginta nauiū in Asiam reduceret: Tarentūq; appulisset atq; ibi uxor eius Horestilla quæ cum illuc prosecuta fuerat: morbo pressa decessisset: funerata ea & ī rogū īposita inter officium ungendi & osculādi stricto ferro incubuit: quem amici sicut erat togatum & calciatū corpori cōiugis iūxerunt: ac deinde secibus fabicius utrāque una cremauerūt: quorū ibi factū sepulchrum est Tarēti etiā nunc conspicitur qđ uocatur nec dubio quin si quis mō extinctis sensus inest Plautius & Horestilla fati consortione gestientes uultus tenebris intulerint: saneque ubi idem & maximus & honestissimus amor est: aliquanto præstat morte iūgi quam uita distrahi.

c Onsimilis affectus Iuliæ. Iulia Pompeii moritur: Plutarchus in uita Pompeii sic tradit. comitiis ediliciis Plutar. cũ manus qdã cõseruissent & circa Pompeiũ multi cecidissent: cruore cæsorũ perfusus uestes mutauit: & cũ multus seruorũ tumultus ad ædes eius fieret inter ferendũ uestes puella pregnãs uisa cruenta toga cõcidit: nec multo post abortiuũ enixa periit. Ediliciis co. Quibus creabant ædiles. E cãpo. s. martio ubi habebant comitia. Exanimis. Mortua: nã inter exanimũ & exanimantũ hoc interest: q exanimis dicit mortuus. Vir. Exanimũq; auro corpus uẽdebat achiles. Exaĩatus uero metuens & pterritus, idẽ. Exaĩata se Virgilius quens ĩpingeret agmina muris. Cõsternatione. Mentis cõturbatione: nã consternatus mẽte pturbatus & subito casu pterritus. a sternuto deductus: qa cũ sternutamus toto corpore cõmouemur.

De Iulia Caii cæsaris filia.

Onsimilis affectus iuliæ Caii cæsaris filiæ ãnotatus est quæ cũ ediliciis comitiis Pompeii magni cõiugis sui uestem cruore respersam e campo domum relatã uidisset: territa metu ne qua uis ei esset allata: exanimis concidit; partum quem utero cõceptũ habebat subita animi consternatione & graui dolore corporis eiicere coacta est: atq; ita expirauit: magno quidem cum totius terrarum orbis detrimento: cuius trãquillitas tot ciuilium bellorum truculentissimo furore perturbata nõ eẽt: si cæsaris & Pompeii cõcordia cõmunis sanguinis uinculo constricta mansisset.

Orbis detrimento. Quia post huius mortẽ secuta bella ciuilia inter cæsarẽ & Pompeiũ q totũ terrarũ orbẽ graui clade cõcusserunt.

Cõmunis sanguinis uĩculo. Hac una. s. affinitate: qa si uixisset Iulia potuit Põpeiũ cũ socero patre suo in ppetua cõcordia tenere.

De Porcia Catonis filia uxore Bruti.

t Vos quoq; castissimos ignes Porcia. M. catõis filia cũcta sæcula debita admiratõe psequũt: q quũ apud Philippos uictũ & ĩterẽptũ uirũ tuũ Brutũ cognosceres: qa ferrũ nõ dabat: ardentes ore carbones haurire nõ dubitasti: muliebri spũ uirilẽ patris exitũ imitata: sed nescio an hoc fortius qd' ille usitato: tu nouo genere mortis absumpta es. Externa.

t Vos quoq; castissimos ignes porcia: Porcia catonis filia: uirũ suũ Brutũ tãtopeamauit ut audita eius morte cũ illi supesse nullo mõ uellet: nec ferrũ daretur quo se transfigeret: nã ab ea oẽ tellorũ genus a domesticis hoc ipsũ timẽtibus fuerat amotũ: nouã ipsa mortis uiã iuenerit: nã carbones ignitos auidissime hausit & nouo læti generẽ cõsũpta ẽ: hæc ut ĩ ca. de fortitudine diximus cognito uiri cõsilio qd de interficiẽdo cæsare cũ cassio cœperat: prius q tantũ facinus aggrederetur Brutus: experiri uoluit nũqd posset fortiter mori si res marito infœliciter cessisset: & accepta nouacula simulãs ungues uelle pcidere manũ sibi nõ leuiter sauciauit. Ignes castissimos: Amores pudicissimos. Vir. Et ceco car Virgili pit igni. i. amore. Admiratiõe. nõ solũ laude. us

Virũ brutũ cognosceres. M. brutus ut qdã uolũt seruiliæ Catonis sororis filius portiã Catonis defuncto priore marito duxit uxorem. Philippos: s. cãpos uidelicet ĩ thessalia. Victũ ab Antonio & Augusto. Patris exitum qa sicut pater. s. Caro uticẽsis post reipu. partes ĩ hispania pfligatas: ubi uidit nullã sibi libertatis spẽ eẽ relictã maluit sibi fortiter mortẽ inferre q in tyrãni seruitutẽ: ita tu o portia uirilis magis q muliebres animos gerens: sed fortasse facinus tuum aliquãto fortius fuit patris facinore: nã ille usitato modo moriendi se occidit. s. gladio: tu uero inusitato genere mortis. s. carbonibus.

f Vnt & alienigẽi amores iusti obscuritate ignorãtiæ nõ obruti ex qbꝰ paucos attigisse satis erit. Gentis cariæ Regina Arthemisia uirũ suũ Mausolũ fato absũptũ quãtope desiderauit: leue est post conq-

s Vnt & aliengenæ. trãsit externa quoq; primũ ẽ artemisiæ rginæ filiæ ligdami Alicarnasei: & uxoris mauseoli regis cariæ q uirũ amasse fert supra oẽs amorũ fabulas ultraq; affectionis humanæ fidem. Mauseolus aũt fuit ut Cice. refert rex terre Cariæ ut qdã historiarũ græcarũ scriptores puinciæ græciæ pfectus: quẽ græci Satrapim σατραπην uocant: is mauseolus ubi fato pfunctus est ĩter lamẽta & manus uxoris funere magnifico sepultus est. artemisia luctu & desiderio mariti flagrãtis ossa cinerẽq; eius mixta odoribus cõtusaq; in pulueris faciẽ aq ĩbibit: editq; multaq; alia uiolentis amoris indicia fecisse dr: molita quoq; est in gẽti ĩpetu operis cõseruãdæ mariti memoriæ sepulchrũ illud memoratissimũ dignatũq; numerari inter septẽ oĩum terrarũ spectacula. Id monumẽtũ artemisia cũ diis manibus sacris mauseoli dicaret agona. id est certamẽ laudibus eius dicundis fecit: posuitq; pmia pecuniæ aliarũq; rerũ bonarũ ãplissima. ad eas laudes decãtandas uenisse dicunt Teopõpus. Teodotes. & Naucrates & qdã uolũt isocrates: huius aũt certaminis uictorẽ theopõpũ fuisse tradunt: fuit isocratis discipulus. Cice. tusculanarũ li. iii. Et artemisia igr illa: mauseoli cariæ regis uxor: que nobile illud alicarnasi fecit sepulchrũ. quoad uixit semp uixit in luctu. eodẽq; etiã cõfecta cõtabuit: huic erat illa opinio quotidie recens. q rũ deniq; appellabat recens: cũ uetustate exaruit. Strabo. li. xiiii. cũ halicarnasus inqt principũ Cariæ regia q prius zephira hoc ĩ loco est mauseoli sepulchrũ: unũ e septẽ spectaculis qd illa artemisia uxor construxit. Itẽ paulo inferius. nã hecatonus Cariæ rex tres habuit filios Mausolũ. Idreũ & Pyxodarũ: & filias duas e qbus Artemisia grãdior mausolo ex fratribus grãdiori nupsit. secũdo uero: Idreo altera soror data est nomĩe Ada: Mausolus itaq; regnauit: quo mortuo uxor ĩperiũ habuit: q illi sepulchrũ cõstruxit. artemisia tabe cõsũpta ppter luctũ quẽ ex uiro suo susceperat: hæc strabo: q nõ cõuenit cũ herodoto de artemisia. nã herodotus hoc historiarũ. vii. dicit artemisiam ligdami alicarnasei nõ

Cicero

Strabo

Plinius

hecatonni cariæ regis filiā fuisse. Ad septē miracula ,puecti Pli.li.xxxvi. naturalis historie hoc inter septē mūdi miracula cōnumerari dicit: Sculptūq; fuisse: aq̄ttuor ośum p̄stantissimis: Scopa Brya: Thimotheo & Iocare. patere ab austro & sepētrione sexagenos ternos pedes. Breuius a frontibus: toto circuitu: pedes q̄drin gentenos undecim attolli in altitudinē.xxv.cubitis cingi colūnis. xxxvi.ab oriēte celasse scopā a septēptriōe. Bryā: a meridie Thimotheū ab occasu leocharē: & subiūgit Artemisiā reginā tanti opis auctorē ope mūdū absoluto perisse. Sculptores tamē inde nō recessisse nisi prius p̄fecto opere. qd̄ suæ gloriæ & ipsoꝶ arti ppetuū monumentū fore uiderent. Cuius rei multi meminere scriptores atq; poetæ.

sitorum omnis generis honorum monumentiq; usq; ad septem miracula prouecti magnificentiam argu mentari. Quid enī aut eos colligas: aut de illo iclyto tumūlo loquere: quomodo ipsa Mausoli uiuū ac spirās sepulchrū fieri concupierit: corū testimonio q il lam extincti ossa potioni aspersa bibisse tradunt.

De Hipsicratea Vxore Mitridatis.

h Ipsicratea quoq; regia Mithridatē cōiugē suū effusis charitat[ ] habænis amauit: pp quē p̄cipuum formæ suæ decorē i habitū uirilem cōuertere uo luptatis loco hūit: tōsis enī capillis equo se & armis assuefecit: quo facilius laboribus & piculis eius itetesset qn uictum a.G.Pō.p effetatas gentes fugientem aīo pariter & corpore ifatigabili secuta ē: cuius tāta fides asperarū atq; difficiliū reꝶ Mithridati maxium sola cium & iocundissimum lenimentū fuit: cū domo enī & penatibus uagari se credidit: uxore simul exulāte.

De Lacedæmone.

u Erum qd Asiā qd barbatie imensas solitudies qd latebras pōtici sinus serutot? quū splendissimū totius Græciæ decus lacedemō præcipuū uxorie fidei specimē tātū nōnfis ostentet oculis plurimis & maximis patriæ suæ laudibus admitatiōe facti comparandum.

De Miniis.

m Iniæ quoꝶ origo ex iclyto socioꝶ Iasonis numero lemniotum i isula cōcepta per aliquot sæculotum uices stabilis i sede māserat: a pelasgicis expulsi armis aliene opis idigentes excelsa taygetoꝶ mon

h Ipsicratea quoq;. De effusso amore hipsicrateæ reginæ uxoris mithridatis regis ponti dicit: q̄ mutato fœmineo cultu spretoq; matronali decor cuius auidæ nimiū solēt esse mulieres uirilē habitū sūpsit: capillos icidit: equos & arma tractauit ut in oī fortuna uirꝰ seq posset quē a Pō. supatū p solitudines & barbaras gētes fugiētē mira q̄dā aī & corpis fortitudine comitara ē hæc sibi dissuadēti uiro dixisse ferē: quos sors una cōiunxit his debet quo res quocunq; cadant unū & cōmune piculū una salus ābobus esse. Hic Mithridates pōti & bitiniæ rex Inclytus

Plinius

fuit de quo Plinius li.xxv.naturalis: sic tradit Mithridates maximus sua ætate regū quē debellauit pōpeius oīum ante se genitoꝶ diligētissimus uitæ fuisse argumētis preterq̄ fama itelligit uni ei excogitatū quotidie uenenū bibere præscriptis remediis. ut cōsuetudine ipsa innoxiū fieret: de cuius memoria paulo ifra sic inqt: illū solū mortaliū Mirhtidatē. xxii. linguis locutū certū est. Nec subiectis gentibꝰ ullū hominē p interp̄tē appellatū ab eo ānis lvi.qbus regnauit: qd̄ & Gelius & Solinus affirmauit q qd̄ maius est unūquēq; suo nomine ex tot milibus appellate solitū fuisse dicūt ,p̄ide līgua & oróne uniuscuiusq; nō minus scite: q̄ si gētili eiꝰ fuisset locutū fuisse. Decurꝰ morte uaria tradūt auctoꝶs. nā alii dicūt uictū a Pōpeio. cū sibi mortē iferre decreuisset: Violētissima uenena sūpsisse: deniq; se gladio trāsfixisse

Plinius de uiris illustribus

Pli. de uiris illustribus dixit illū uenenū asūpsisse quo tarde agente percussorē gallū: attrociuultu territū fuocasset: & in cædē suā manū trepidātis adiuuisse. Alii uero accutissimo ueneno extinctū fuisse asserunt: quorū opinionē Lucanus secutus est li. primo cū

Lucanus

dixit: post cilicas uago: & lapsi pontica regis p̄lia barbarico uix cōsumata ueneno. Mithridatē cōiugē: sunt q dicant: nō mithridatis uxorē fuisse: sed cōcubinā: cuius sentētiæ est plutarchus i uita Pōpeii. Tōsis capillis more uiroꝶ. Efferatas. crudeles & barbaras: Verū qd asiæ Propter artemisiā. Quid latebras pōti: Propter hipsicratheā mithridatis uxorē. Totius græ.de. Nā lacedemones aliquādo græcorū pricipes fuere subactis atheniēsibus: Specimen. Experimentū. Tātū nō: Peculiare ualerii dictū ferme.

Ouidius

m Iniæ quoꝶ origo. Miniæ populi thesaliæ: una cū Iasone & cæteris argonautis: ad isulā colchos nauigarūt. ad aureū Vellus rapiendū: Vnde Ouid.li.vii.metamorpho. Iāq; fretū mynie pegasea pupe secabant: in reditu suo: lemnū insulā tenuerunt in q̄ diu cū habitassent: orta seditione inde pulsi a pelagis taygetas montes occuparunt: quos spartani cōmiseratiōe cōmoti: cū nobilitate generis tū memoria tindaridaꝶ q spartani fuere & Iasonis comites: q̄si cōsanguineos eos benigne susceptos ciuitate donarūt: q etiā uirgines ex nobilissimis lacedæmonū natas matrimonio iūxere. Hi postea cū magnas opes adepti essent ad eā insaniā uenere: ut rē pu. occupare uellent: qd̄ cū spartani sensissent eos incarcerē coniecerūt: & capite dānarūt. uxores eoꝶ mutata sorte illos a morte uidicarūt: simulantes enī se uelle pituros uiros extremū alloqui carcerē ingressæ: uestes cū uiris mutarūt. quo habitu illi tecti incolumes ausugere. Cōcepta insula ibi enim argonautæ begnine excepti fuere ab hisiphile regina lemnos. Taygetoꝶ montiū: Mōtes sunt laconiæ iter

Virgilius

lacedæmona & mare positi: & declinat: taygetus ti. Lucanus gelidiq; iculta iuuētus taygeti. Vir. uero tayge

Taygeta

tā dixit. li. georgicoꝶ. ii. Virginibus bacchata lacenis taygeta. Sed li. iii. taygetus declinauit. Vt taygetiq; canes

domitrixq; epidaurus equorum. Respectu tindaridarũ.s.castoris & pollucis:q iouis & ledæ filii fuerũt. Leda uero tindari uxor q̃ cũ ioue sub rigni forma cõcubuit:& geminá pepit oua:ex quorum altero nati sũt pollux & Lucanus castor:ex altero helena & clitéstra:ergo tĩdarus horum fuit nõ uetius:sed putati unus pr̃. Destinatũ syderibus qa pollux & dicunt ĩter sydera fuisse relati. Par fratrum:qa gemini fuerũt eodẽ ptu nati. Legibus cõmodis. Quia fuerunt ciuitate donati. Publicæ custodiæ: In carcere nã græci φιλακῳ dicunt custodiá & carceré nocturno tẽpore:mos erat lacedemoniorum nocturno tẽpore de nocẽtibus summere supplicium. Illustris sanguinis. Quia nate ex nobilissimis lacedæmonum erant.

astutia respōdit. Si quidem re eximia delectatus tarquinius fidei autem nuntii parum credens nihil respōdit: sed seducto eo in hortum maxima & altissima papauerū capita baculo decussit: cognito adolescens silentio patris simul ac facto causam alterius argumēti puidit: nec ignorauit præcipi sibi ut excellētissimū quemq; gabinorum aut exilio summoueret: aut morte consumeret. ergo spoliatam bonis propugnatoribus ciuitatē ei tradidit tantūmodo iunctis manibus.

De Romanis.

i Llud quoq; maioribus & cōsilio prudēter & exitu fœliciter puisū: cū. n. urbe capta galli capitolū obsiderint: solāq; potiendi eius spē in famę eorū repositam animaduerterent: perq; callido genere cōsiliū romani usi unico pseuerantiæ irritamento uictores spoliauerunt: panes enim iacere compluribus ex locis cœpetūt. Quo spectaculo obstupefacti: īfinitamq; frumēti abundantiam nostris superesse credētes ad pactionem omittēdæ obsidionis compulerūt. Misertus est tunc profecto iuppiter romanæ uirtutis præsidium ab astutia mutuātis cū sūma alimentorū inopia piici præsidia inopiæ cerneret: ita ut uafro ita periculoso consilio salutarem exitum dedit.

i Dē iuppiter postea præstātissimorū ducū nostrum sagacibus consiliis propitius aspirauit:

Iuuenili calliditati senilis astutia respondit. Patris senis calliditas iuuenis filii astutiā adæquauit: nā pater tacens quid sibi uellet filio callide satis indicauit. Fidei autem nuncii parū credens Frontinus tarquinius īquit superbus gabinorū īterficiēdos arbitratus quia hoc memini uolebat commissum nihil nuncio respōdit: qui ad eum a filio missus erat tātum uirga eminentia papauerū capita cum sorte ī horto ambularet decussit: nūcius sine respōso reuersus renunciauit adolescēti tarquinio quid agētem patrem uidisset: ille intellexit idē esse eminentibus faciendū. Cognito silentio patris. cum intellexisset quid sibi uellet pater silendo quidue innueret decutiendo papauerū capita. Causam alterius argumenti. Præuidit rē illam quā præsente nūcio pater fecerat ad aliud spectare: neq; id frustra eum fecisse: sed latentē in eo causam existere. De Romanis.

Frōtinus

i Llud quoq;. Cū urbea gallis capta obsideretur capitolium ante omnia obsidionis belliq; mala fames utrūq; exercitum urgebat: Gallos etiam pestilentia uexabat; Induciæ deinde cum romanis factæ & colloquia permissu imperatorū habita: in quibus cum identidē galli famem obiicerent eaq; necessitate ad deditionem uocarent; dicitur auertendæ eius opinionis causa multis locis panis de capitolio iactus esse in hostium stationes. Vnico perseuerantiæ irritamento. Vnū erat inquit qd gallos in obsidendis romanis perseuerare incitaret; q; eos fame uincere posse sperabant; nā armis aut ui aliqua capi posse capitolium desperabant qd locus natura munitissimus esset. Misertus est tunc iuppiter. Lactantius firmianus diuinarum īstitutionum li. i. eodem inquit tēpore ioui pistori ara posita est q; eos in quiete nomuisset ut ex omni frumento qd habebāt panē conficerent & in hostiū castra iactarent; eoq; facto soluta est obsidio desperātibus gallis inopia subigi posse romanos. Ouidius quoq; fastorum li. vi. Posse fame uinci spes excidit hoste repulso: cādida pistori ponitur ara ioui. Præsidia inopiæ. Scilicet panes qui præsidia erant inopiæ.

Lactātius

Ouidius

Dem iuppiter. Bello punico secundo. Liuio & Nerone consulibus; cū hannibal punicis armis magnā
i italiæ partem occupasset ac uires romanas multis cladibus attriuisset: iamq; appareret paruis auctū copiis posse romanum īperium opprimere; hasdrubal eius frater in italia cum īgentibus copiis descēderat ut se fratri coniungeret: Nero qui hannibali erat oppositus ubi consilium cognouit hasdrubalis interceptis his qui ad hannibalem litteras ferebant non id tempus esse ratus: quo consiliis ordinariis prouinciæ suæ quisq; finibus per exercitus suos cum hoste destinato a senatu bellum gereret audendum atq; nouandum aliquid improuisum inopinatumq;: qd ceptum non minorem apud ciues q̄ apud hostes terrorem faceret perpetratum: in magnam letitiam ex magno metu uerteret. Cum igitur cuperet hasdrubalem eiusq; copias antq̄ hannibali fratri iugeretur excidi; iccircoq; festinaret se Liuio salinatori collegæ suo cui bellum illud mandatum fuerat parum fidens uiribus quæ sub ipso erant adiungere; neque tamen discessum suum ab hannibale cui oppositus erat sentiri uellet: decem milia fortissimorum militum uel ut Liuius tradit sex milia peditū & mille equites delegit: præcepitq; legatis quos relinquebat ut eedem stationes uigiliæ æque agerentur totidem ignes arderent: eadem facies castrorum seruaretur: ne quid hannibal suspicatus auderet aduersus paucitatem relictorum: pronunciat occupare se in Lucanis proximam urbem punicumque in præsidium uelle:

ut ad iter parati omnes essent nocte profectus flexit: in picenum: deinde cum in umbriã occultatis itineribus uenisset nuncios præmisit ad collegam qui nunciarent eius aduentũ percontarenturq; clam an palã interdiu an noctu uenire sese uellet: iisdẽ an aliis considere castris: nocte clã ingredi melius uisum est: Tessera per castra a Liuio cõsule data erat ut tribunus tribunum: Centurio Centurionẽ: eques equitem: pedes peditẽ acciperet neq; enim dilatari castra opus esset ne hostis aduẽtum alterius consulis sentiret tractaturus pugnã si consulũ iunctas uires itelligeret. Igitur inscium duplicatis aggressus copiis claudius uero superauit & uelocius omni nuncio rediit ad hannibalem. ita ex duobus callidissimis pœnorum ducibus eodem consilio alterum celauit alterum oppressit.

nã cum alterum italiæ latus hannibal laceraret: alterum inuasisset Hasdrubal ne duorum fratrum iunctæ copiæ intolerabili onere sessas simul res nostras urgerent: hinc Cladii neronis uegetum consilium: Illinc liuii salinatoris inclyta prouidentia effecit. Nero enim compræsso a se in lucanis hannibale præsentiã suam quoniam ita ratio belli desiderabat mẽtitus hosti ad opem ferendam collegæ per longum iter celeritate mira tetẽdit. Salinator in umbria apud metaurum flumen proximo die dimicaturus summa cum dissimulatiõe nerronẽ castris noctu recepit: tribunos eni a tribunis: centuriones a cẽturionibus: equites ab equitibus: pedites a peditibus excipi iussit: ac sine ulla tumultuatione solo uix unũ exercitum capiẽte alterum inseruit. quo euenit ne Asdrubal cum duobus se consulibus præliaturum prius sciret: q̃ utriusq; uirtute ꝓsterneretur. Ita illa toto terrarum orbe isamis punica calliditas romana elusa prudẽtia hãnibalem neroni: hasdrubalem salinatori decipiendum tradidit.

Altera: italiæ latus. Lucaniã regionem. Altera. brucios in umbria. Intollerabili onere sessas. Nam hãnibal uires romanas multis cladibus attriuerat: rempublicã longo bello lassauerat. Cõpresso hãnibale. Coercito & in arctũ deducto. Præsentiã suã mẽtitus. Nã adeo occulte e castris discessit: ut nõ sẽtiretur: & ideo illũ in castris hãnibal semp esse credidit. Longũ iter. Nam longũ erat interuallũ a lucaniã in brucios. In umbria. Quæ regio nũc patrimoniũ dicitur. Apud flumẽ metaurum. Metaurus fluuius est umbriæ defluens in adriaticũ sinũ haud lõge a phanestri colonia senogalliam uersus clarus & nobilitatus hac Liuii & Neronis uictoria. Quo euenit. Non prius hannibal sensit Neronẽ e castris discessisse ad opẽ collegæ ferendam quã Nero caput hasdrubalis in castra fratris conici iussit quo uiso dixisse fertur tum demum cognoscere se deos iratos carthaginensibus esse.

Metaurus

De quinto Metello Consule.

m Emorabilis etiam consilii. Q. Metellus qui cũ procõsul bellum in hispania aduersus celtiberos gereret: urbemq; trebiã caput eius gentis uiribus expugnare nõ posset: intra pectus suum multum ac diu cõsiliis agitatis uiam reperit: qua propositum ad exitum perduceret. itinere magno ipetu ingrediebatur: deide alias atq; alias regiones petebat. modo hos obsidebat mõtes: paulo post alios trãsgrediebatur: cum interim tã suis omnibus q̃ ipsis hostibus ignota erat causa iopinatæ eius ac subitæ fluctuatiõis. interrogatus quoq; a quodã amicissimo sibi q̃ ita sparsum & incertum militiæ genus sequeretur: absiste inquit istud quærere: tã si huius consilii mei interiorem tunicam consciam esse sensero: continuo eam cremari iubebo. Q uorsum igitur ea dissimulatio erupit aut quẽ finẽ habuit? postq̃ uero exercitum suũ ignorantia & totã celtiberiam errore implicauit: cũ alio cursũ direxisset subito ad trebiam reflexit: eamq; inopinatam & attõitam oppressit. ergo nisi mentẽ suam dolos scrutari coegisset ad ultimã ei senectutẽ apud mœnia trebiæ armato sedendum foret.

m Emorabilis etiã. Metellus qui pius cognominatus est procõsul in hispania bellũ gerebat aduersus celtiberos quorũ urbẽ metropolĩ: hoc est regionis caput trebiã: cũ sæpius oppugnatã uiribus expugnare nõ posset: ad altiora cõsilia se cõuertit: ut qđ uiribus nõ posset igenio & arte conseq̃ret: itaq; urbẽ obsidione liberauit tanq̃ desperatiõe ductus eã ꝓrsus omittere uelle uideret: exercitũ ꝑ diuersa loca ducebat tanq̃ icertus cõsilii qđ ageret: mõ hanc mõ illã regionẽ mõtesq; petebat: nec ullo in loco diutius cõmorabat: cuius cõsilii rationẽ cũ nemo itelligeret unus e familiaribus suis iterrogauit: qđ ita sparsum & icertũ militiæ genus seq̃ret: cui Metellus: si meã iquit tunicã interiorẽ consilii mei participem aut cõsciã esse itelligerẽ: igni q̃primũ mãdarẽ hoc stratogemate factũ ẽ: ut cum & suos regum ignorantia & hostes summo errore iplicaret: paulo post urbem incautam & suo clandestino ac inopinato aduentu oppressum caperet.

Qu. Metellus. Qui pius cognominatus est: quia patris exilium longis lachrymis prosecuturus fuerit: nec ab his temperari potuerit: prius q̃ fuit in patriam reuocatus. Viam. Rationẽ Virgilius. Inueni germana uiam: gratare sorori. Fluctuationis. Erroris & uagatiõis. Interiorẽ tunicã. Vestẽ lineã quã uulgo camisiã dicimus. Frontinus libro primo capi. primo. Metellus inquit pius in hispania interrogatus quid postera die facturus esset: tunicam meã si hoc eloqui posset comburerem. Ergo nisi mentem suam dolos scrutari. Nisi hanc astutiam excogitasset: in obsidione apud trebiam consenuisset. Scrutari. Inquirere.

Virgi.

Frõti.

a Gathocles Syracusarum rex. Hic Siciliæ tyrānus: quem ex humili & sordido loco ad regiam maiestatē fortuna mira indulgentia prouexerat; cum a pœnis duce hamilcare duobus prælius superatus itra Syracusas obsideretur: uideretq; se longe uiribus īparem: & ad ferendam obsidionem minime paratū: statuit bellum in aphricā transferre: mira prorsus audacia: ut quibus in solo urbis suæ par non erat eorum urbi bellum inferret: & qui sua tueri non poterat; impugnaret aliena: uictusq; uictoribus insultaret: huius consilii non minus admirabile silentium q̄ cōmentum fuit, populo hoc solum professus inuenisse se uictoriæ uiam: animos illi tantum in breuē obsidionis patientiam firmarent: conscripto deinde exercitu; cum duobus filiis adultis; nullo militum sciente quo ueheretur traiecit in Aphricam: exposito deide in littore exercitu; consiliū suum omnibus aperit; eosq; ad bellum & certam uictoriam hortat: facta in agros subita excursione: tūc omnia prosternit: uillas castellaq; īcendit; cui cum hāno dux pœnorum factus esset obuius primo prælio uincitur: & occiditur: nam duo de siculis: tria milia de pœnis cum ipso duce cecidere; hac uictoria elatus Agathocles; urbes castellaque expugnat: prædas ingentes agit; hostium multa milia trucidat: castra deinde quinto lapide a carthagine ponit; ut damna clarissimarum rerum: uastitatemq; agrorum; & īcendia uillarum de muris ipsius urbis specularentur: deniq; breui effecit ut tota pœne prouincia a pœnis deficeret; iterato cum Carthaginensibus bello duce Bomilcare; graui prælio superauit cū magno utriusq; exercitus sanguine; post hāc uictoriā profligatis in aphrica rebus; nihil actū esse putans si amplius Syracusæ obsiderentur tradito exercitu filio suo recurrit in Siciliam: cuius aduētu omnes Siciliæ urbes auditis rebus: q̄s in aphrica gesserat; certatim ei se tradunt: atq; ita pulsis e Sicilia pœnis totius insulæ imperiū occupauit. reuersus deide in Aphricam; cum mutata fortuna cūcta aduersa sibi euenissent: uictus & ī siciliam redite coactus cum pœnis pacem æquis cōditionibus fecit. Ex maiori parte. Nam præter Acradinem munitissimū urbis locum occupauerunt urbem. Discuteret. Remoueret: auerteret.

De Hannibale.

Frōtinus

q Vid hānibal. Frontinus libro secundo capitulo secūdo. Hānibal inquit apud Cānas cum comperisset Vulturnum amnem ultra reliquorum naturam fluminū ingentes auras mane proflare; quæ arenarum pulueris uerticem agerent: sic direxit aciem: ut tota uis a tergo suis: romanis in ora & oculos incideret. quibus incommodis mire hosti aduersantibus illam memorabilem adeptus est uictoriam. Liuius non hoc solum stratogemate: sed aliis quoque usum hannibalem fuisse dicit in cannensi pugna, quibus romanos oppressit magis q̄ uicit: nam & suis quibusdam imperauit: ut cum accensa pugna uideretur: simulata fuga romanam legionem in insidias deducerent; quæ ad internectionem usque deleta fuit: & in sinistro cornu romano ubi sociorum equites aduersus Numidas steterant consertum prælium segne primo & a punica cœptum fraude quingenti ferme equites Numidæ præter consueta arma telaque gladios occultos sub loricis habentes iussi sunt specie transfugarum ad romanos transire: qui cum a suis Parmas post terga habentes adæquassent repente ex equis desiliunt: parmisq; & iaculis ante pedes hostium proiectis in mediam aciem accepti; ductiq; ad ultimos considere a tergo iubentur: ac dum prælium ab omni parte conseritur: quieti mansere; postq̄ uero omnium oculos animosque occupauerat certamen: tum arreptis scutis quæ passim inter aceruos cæsorum corporum strata erant uersam adoriuntur romanam aciem: tergaque ferientes ac poplites cedentes; stragem ingentem dederunt: ac maiorem aliquanto pauorem ac tumultum fecerunt. Compluribus astutiæ complicata laqueis. Translatio sumpta a feris: quæ laqueis implicantur; sic & acies romana multis dolis quasi laqueis capta & cæsa fuit. Vento multus excitari solet aduersum haberet. Quia Apulia uentis abundat: & præsertim iapige. Abruptam legio roma. Per uim separatam. Districtis gladiis: Nudatis gladiis.

De Agathocle Rege Syracusarum.

a Gathocles aūt Syracusarum rex audacter callidus cū.n. urbē eius maiore ex parte carthaginenses occupassent exercitum suum ī africam traiecit: ut metum metu: uim ui discuteret: nec sine effectu: nam repentino eius aduētu perculsi pœni libenter īcolumitatem suam salute hostium redemerunt pactiq; sunt ut eodē tpe africa siculis & sicilia punicis armis liberaretur. Agathocles syracusarum mœnia si tueri perseuerasset; illa belli malis urgerentur: bona pacis fruēda securæ carthagini reliquisset: nunc inferendo quæ patiebatur dum alienas potius lacessit opes q̄ suas tuetur. quo æquiore animo regnum deseruit: eo tutius recepit.

De Hannibale.

q Vid Hānibal cānēsem populi Ro. aciem speculatus? nōne prius q̄ ad dimicādum descenderet; cōpluribus astutiæ cōplicatam laqueis ad tā miserabilē pduxit exitū? ante oīa.n. puidit; ut & solē & puluerem qui ibi uento multus excitari solet aduersū haberet; deinde partem copiarū suarum inter ipsum prœlii tempus de industria fugere iussit; quā cum a reliquo exercitu abruptā legio romana sequeret: trucidādā ab his quos ī insidiis collocauerat curauit. postremo quadringētos equites subornauit; q simulata trāsitiōe petierūt consulē: a quo iussi more trāsfugarum depositis armis in ultimā pugnæ partem secedere districtis gladiis quos iter tunicas & loricas abdiderāt;

Poplites. Genua: partē ꝑ toto. est aūt poples flexura genuū. Circūuētæ. Deceptæ. De repulsis. Ca. V. Pop
c Ampi quoq;. Dicturus de repulsis Valerius breui præfatione docilitatē & beniuolentiā quodāmodo sibi cōciliat: cū dicat huius rei cognitionē futurā utilē multis magistratus & dignitates petituris: qui si forte repulsam passi fuerīt: clarissimoꝝ hoīum exēplis se cōsolari suāq; īdignitatē æquo animo ferre poterūt: discentq; patiētia q̄rere qđ gr̄a obtinere nequiuerit. Cāpi quoq;. In cāpo martio populi romani comicia habebant: creabāturq; magistratus: in quē cādidati descēdebāt. Cum sæpenumero singuli. Quasi ītendit argumentū si uni licitū est cūctoꝝ studiis plerūq; resistere: q̄to magis oibus unius uolūtati refragari?

poplites pugnantium romanoꝝ ceciderūt: hæc fuit punica fortitudo dolis & insidiis & fallacia īstructa: quæ nunc certissima circumuentæ uirtutis nostræ excusatio est: quoniam magis decepti q̄ uicti sumus.

De repulsis. Capi. V.

c Ampi quoq; repræsentata cōditio ambitiosam īgrediētes uiā ad fortius sustinēdū paꝝ prosperos comicioꝝ euentus utiliter instruxerit: quia ꝓpositis ante oculos clarissimorum uirorum repulsis: non ut minore cum spe honoris ita prudentiore cum animi iudicio peterent: meminerintq; nefas nō esse aliquid ab omnibus uni negari cum sæpenumero singuli cunctorum uoluntatibus resistere fas esse duxerint: scientes etiam patientia quæri debere: quod gratia impetrari nequiuerit.

De Quinto Elio Tuberone.

q Vintus Elius Tubero a. Q. Fabio Max. epulū populo ro. nomine. P. Africani patrui sui dāte rogatus ut tricliniū sterneret lectulos punicanos pellibus hædinis strauit & pro argenteis uasis samia exposuit: cuius rei deformitas sic omnes offendit: ut cum alioquin uir egregius haberetur: comiciisq; prætoriis candidatus in campum. L. Paulo auo: & P. Africano auunculo nixus descendisset: repulsa inde abierit notatus: nam ut priuatim semper continentiam ꝓbabant: ita publice maxima cura splendoris habita est: quo circa urbs non unius conuiuii numerum: sed totam se in illis pelliculis iacuisse credens ruborem epuli suffragiis suis uindicauit.

De Publio Scipione nasica.

p Vblius aūt Scipio nasica togatæ potētiæ claꝝ lumē: is qui cōsul Iugurtæ bellū īdixit: qui matrē deā e phrygiis sedibus ad nostras aras focosq; migrantē sanctissimis manibus excepit: qui multas & pestiferas seditiones auctoritatis suæ robore oppres-

De Quinto Fabio Tuberone.

q Vintus elius tubero. Cicero in orōne ꝓ L. Murena: fuit inquit eodē studio uir eruditus apud pres nr̄os & honestus & nobilis Qu. tubero. is cū epulū Qu. Fabius maximus. P. aphricani patrui sui noīe populo romano daret: rogatus est a Maximo ut tricliniū sterneret: cū eēt Tubero eiusdē aphricani sororis filius: atq; ille hō eruditissimus ac stoicus: strauit pelliculis hædinis lectulos punicanos &, exposuit uasa samia: quasi uero eēt Diogenes cinicus mortuus: & nō diuini hoīs aphricani mors honestaretur: quē cū sup̄mo eius die Maximus laudaret: gr̄as egit diis immortalibus q̄ ille uir in hac republica potissimū decus natus eēt. necesse. n. fuisse ibi eē īperiū terraꝝ. ubi ille eēt. huius in morte celebrāda grauiter tulit populus romanus hāc ꝑuersā sapiētiā tuberonis. itaq; hō ītegerrimus. ciuis optimus: cū esset. L. Pauli nepos. P. aphricani: ut dixi sororis filius his hædinis pelliculis ꝑtura deiectus ē. Seneca ad Luciū æpistola. lxxxv. quæ īcipit: Petis a me. circa finem. Tuberonis īquit ligneos lectos: cum in publicū sternerētur: hædinas pro stragulis pelles: & ante ipsius iouis cellā apposita cōuiuiis uasa fictilia: quid aliud q̄ pauptatem in capitolio consecrare: ut nullū aliud factū eius habeā: quo illū catonibꝫ inserā: hic parum credimus: cēsura fuit illa nō cœna: O quam ignorāt homines cupidi gloriæ: quid illa sit: aut quēadmodū petenda. illo die populus romanus multoꝝ supellectilem spectauit: unius miratus est: oium istoꝝ auꝝ & argentū fractum est & uile æs cōflatum: at oībus sæculis Tuberonis fictilia durabunt.

Sene

Tricliniū. Cœnaculū & locus ubi cōuiuari antiq cōsueuerāt: a tribus thoris stratis: ut dictū est. Lectulos punicanos, paruos & humiles: & secundū Senecā ligneos: nā eiusmodi lecti ex aphrica primū aduecti fuīt. Samia. Terrena: a Samo īsula ubi primū facta fuenīt eiusmodi fictilia. Quocirca urbs nostra nō unius cōuiuii numeꝝ. Hāc ingtidignitatē nō his tantū qui ītet fuere cōuiuio: sed uniuersæ ciuitati factā existimarunt romani: & ꝓpterea illū ꝓximis comiciis repulsæ nota affecenīt.

p Vblius āt Scipio nasica. Laudibꝫ Scipionē extollit: ut magis miꝝ eē uideat: ītegerrimū uiꝝ totius senatus iudicio optimū iudicatū: q pestiferas seditiōes auctoritate sua sæpissime opp̄ssisset: q lumē ē & gloria senatus & totius ciuitatis eē diceret: potuisse eiusmodi repulsæ īfamia notari: ob dictū magis iocosū q̄ graue aut iniuriosū: ut callosā rustici manū: cādidatus cū ꝑtractasset: ex eo q̄reret manibꝫ ne ambularet. De hac repulsa Cice. ī orōne ꝓ plāco. Auus īquit tuus. P. nasicæ: tibi ædiliciā ꝑdicaret repulsā: quo ciue neminē ego statuo in hac republica fortiorē. Togatæ potētiæ clarissimū lumē. Totius senatus splēdor eximius. hic cōsul iugurtæ bellū īdixit: Metellus deinde gessit: Marius cōfecit. Seditiōes pestiferas. Nā Tyberiū gracchū seditiosissimū hominē: ut

Cic

supradictum est propria manu interemit. Igitur ciuitas nostra. Fecit inquit ciuitas:ut quorum iuuenum lasciuiam repressisset:eosdem ciues reipublicæ utiles euaderẽt:magistratibus etiam suum auctoritatis pondus adiecit non sustinendo scurriculis peti. A scuris. A ridiculis hominibus. De Lucio æmilio Paulo.

n Vllus error. Scipionis error potius fuit q̃ iniuria qui existimauit illa se urbanitate risum potius se cõmoturum q̃ iram. At in Paulo æmilio nullus error:& tamẽ repulsam sæpius passus est:quæ iniuria non illius animum fregit ut a republica desisteret:aut a petitione magistratuum deterreretur:quinetiam multo magis accensus i sententia perstitit:ut constantia sua consequeretur:quod gratia obtĩere nequiuerat:ex quo factum est:ut bis consulatum & censurã tanq̃ ab inuitis extorserit:& senatus principatũ obtinuerit. Sed tamẽ aliquotiẽs frustra. Ter. s. secundũ Plinium de uiris illustribus qui dicit ptimo cõsulatu quem post tres repulsas adeptus erat de liguribus triumphauit. Campũ fatigasset. Nam adeo instans in petẽdo fuit ut cum populum fatigasset:ipse tamen in petendo persisteret. Cuius uirtutis Iniuriæ non fregerunt. Viri fortis est nõ iniuria frangi:nec de sententia deici. Pertinacia uinceret. Quẽ uirtutibus mouere non poterat:pertinacia superaret. De Quin. Cecilio Metello.

q Vintum autẽ Cecilium Metellũ pauci & mœsti. De hoc Pli. Qui. Metellus Cecilius adomita Macædonia macædonicus:prætor pseudo Philippum:qui idem Andriscus dictus est uicit:inuisus plebi ob nimiam sæuetitatem:& ideo post duas repulsas cõsul egre factus Arbachos in hispania domuit: & cætera. hic igiẽ qui & Macædoniã domuit: & Achaiam oppressit:in petitione cõsulatus bis repulsus est:quod mirum quodam mõ uidetur esse:ut cui duas clarissimas prouincias daturus esset:ei bis consulatum denegaret populus:qua tamẽ repulsa utilior reipublicæ factus est:quem enim difficulter consulatum fuerat consecutus:eum deinde summa diligẽtia administrandum esse censuit. De pseudo philippo: De falso philippo. idest q se falso Philippi regis filium asseuerãs ex concubina natũ totã ferme Macedoniam multo fauore occupauerat. Achaici etiã belli maxima pars. Quod & Plinius testatur. Dicit. n. Lucius Mumius deleta Achaia Achaicus aduersus Corinthios missus uictoriam alieno labore quæsitam interrepit. nã cum illos Metellus macedonicus apud Heracleam fudisset:& duce Critolao priuasset:cum lictoribus & paucis equitibus in metelli castra propetauit. Hoc facto. Hac repulsa.

Plinius

q Vid tã excellẽs. Vt de cæteris taceam: qs præstãtior:quis potẽtior in urbe q̃ Sylla fuit:q rẽpublicã & ĩperiũ occupauit:tamẽ in petitione præturæ:hac nota repulsæ aliquando sigillatus fuit a populo. Diuitias & ĩperia largitus: Nã occupata republica ,pscriptoꝝ ciuiũ bona donauit:magistratus & ,puĩcias atq; ĩperia ,p sua libidine dedit. Leges uetustas abrogauit. Sustulit antiq̃s leges q̃ suis rõnibus obsisterẽt:& ,pserti cũ ciues a Mario ,pscriptos reuocauit. Sigillatus. Notatus.

sit:quo principe senatus per aliquot ãnos gloriatus ẽ: cum ædilitatẽ curulẽ adolescẽs peteret:manũq; cuidam rustico opere duratam more candidatorum tenacius appræhendisset:ioci gratia interrogauit eum: num manibus solitus esset ambulare. Quod dictũ a circũstantibus ad populũ manauit:causamq; repulsæ Scipioni attulit: oẽs nãq; rusticæ tribus paupertatẽ sibi ab eo exprobratã iudicãtes irã suã aduersus cõtumeliosam eius urbanitatẽ distrinxerunt. Igitur ciuitas nostra nobilium iuuenum ingenia ab insolentia reuocãdo magnos & utiles ciues fecit:honoribusq; non patiendo eos a scurris peti:debitum auctoritatis pondus adiecit.

De Lucio Aemilio Paulo.

n Vllus error talis in. L. Aemilio. P. cõspectus ẽ: sed tamen aliquotiẽs frustra cõsulatum petiit. Idemq; cũ iam campum repulsis suis fatigasset bis cõsul & cẽsor factus est:amplissimum etiam dignitatis gradum obtinuit:cuius uirtutẽ iniuriæ non fregerũt: sed acuerũt:quoniamquidem nota ipsa accensam cupiditatẽ summi honoris ardentiorem ad comitia detulit:ut populum quia nobilitatis splendore & animi sui bonis mouere non potuerat pertinacia uinceret.

De Quinto Cecilio Metello.

q Vintũ ãt Ceciliũ. M. pauci & mœsti amici consulatus repulsa afflictũ:tristicia ac rubore plenũ domũ reduxerunt:eũdẽ de speudo Philippo triũphantẽ uniuersus senatus lætum & alacrem in capitolium ,psecutus est:Achaici etiam belli cui summã manũ. L. Mumius adiecit:maxima pars ab hoc uiro profligata est:ei ne ergo populus cõsulatum negare potuit:cui mox duas clarissimas prouincias:aut daturus erat:Aut debiturus Achaiam & macedoniam: & quidem hoc facto meliore eo ciue usus est: intellexit enim q̃ industriæ sibi gerendus esset cõsulatus quem tanto labore impetrari senserat.

De Lucio Sylla.

q Vid tam excellens:quid tam opulentum q̃. L. Sylla: . diuitias:imperia largitus est:leges uetustas abrogauit:nouas tulit:hic quoq; in eodem campo cuius postea domĩus extitit r̃pulsa præturæ sugillatus est:omnia loca petiti honoris si quis modo deo-

Ed ut comicio℞:Damnat stultitiæ romanos:qui prætutam catoni uere philosopho denegauerint:a quo plus splendoris ille magistratus q̃ a magistratu Cato gloriæ fuerat recepturus:sed stultitiæ pœnas dedisse dicit:cum magistratum illum Vatinio postea dare coacti fuerint:homini multis flagitiis inuoluto:quia nemo præter hunc impudentissimum Catonis grauitati se præferre aut certe conferre ausus fuisset. Plus decoris.Nam ipse dignitate sua plus decoris addiderat patriæ quã ipse a patria receperat. Vatinio.Quem ambitus accusatum Cicero defendit. De necessitate. Capitulum .VI.

Bominandæ quoq;.Cum superiore cõiungitur:non solũ repulsa uiros præstantes romanos:sed etiã necessitas tũ romanos:tũ cæteras gẽtes idigna multa & fœda tã dictu quã auditu perpeti coegit. Tũ etiã exteras gẽtes:Ideo dixit;quia in repulsis domestica tantũ exẽpla narrauit.

rum formam & imaginẽ futuræ eius potentiæ populo romano repræsentasset impetraturus.

De Marco Portio Catone.

Ed ut comitio℞ maximũ crimẽ referã.M.Portius Cato plus moribꝰ suis prætutæ decoris adiectutus q̃ prætexto eius splendoris ipse laturus consequi illã a populo aliquãdo nõ potuit;proxima clemẽtiæ suffragia:quæ quidem satis graues pœnas erroris sui pependerunt:quoniam quem honorem Catoni negauerãt Vatinio dare coacti sunt.Ergo si uere æstimare uolumus:non Catoni tunc prætura:sed præturæ Cato negatus est.

De Necessitate. Ca.VI.

Bominandæ quoq; necessitatis amarissimæ leges:& truculẽtissima impia:tũ urbẽ nrãm tũ etiã exteras gẽtes:multa nõ intellectu tantũ sed etiam auditu grauia perpeti coegerunt.

Am aliquot aduersis prœliis secũdo pũico bello exhausta militari iuuẽtute roma.senatus auctore Tito graccho cõsule cẽsuit uti publicæ serui aduersum propulsandorũ hostiũ impetum emerẽtur:eaq; de re per tribunos plebis apud populum lata rogatiõe tres creati sunt uiri:qui quattuor & uiginti milia seruorum comparauerũt:adactosq; iureiurando strẽnuã se fortemq; operam daturos quoad pœni essent in italia laturos arma in castra miserũt.Ex Apulia etiam & a fidiculis septuaginta atq; ducẽti ad supplementum equitatus sunt empti. Quanta uiolẽtia ẽ casus acerbi? Quæ ciuitas ad id tempus ingenuæ quoq; originis capite censos habere milites fastidierat:eadẽ e cellis seruilibus extracta corpora & pastoralibus casis collecta mancipia uelut præcipuum firmamentum exercitui suo adiecit.Cedit ergo interdũ generosus spiritus utilitati & fortunæ uiribus succũbit:ubi nisi tutiora cõsilia legeres speciosa sequenti cõcidendum est. De ciuitate Romæ.

Annensis autẽ clades adeo urbem nostram uehementer confudit:ut opera.M. Iunii dictatu-

Am aliquot prælíis. Cum assiduis cladibus apud Trebiam lacum trasimenũ & cannas acceptis consumpta esset romana iuuentus:ad eam necessitatẽ redactus est senatus populusq; romanus:ut octo milia seruo℞:ex ergastulis emerent;cum libera capita deessent:nam ut tradit Li.post cladẽ cannẽsem.M.Iunius dictator delectu edicto:iuniores ab ãnis decem septẽ & quosdã prætextatos scribit:quatuor ex his legiones:& mille equites effecti:Item ad socios latinumq; nomẽ ad milites ex formula accipiẽdos mittit.Arma tela alia parari iubet:& hostiũ spolia uetera detrahit templis porticibusq;:& aliam formam noui delectus iopia liberorum capitum ac necessitas dedit octo milia ualidorum iuuenum ex seruitiis:prius sciscitantes singulos uellentne militare emp ra publicæ arma uere romani:hi omnes ut paulo ĩfra dicit uolones sunt appellati:eo q uoluntate pugnarent & nõ coacti.

Quatuor & uiginti mila.Longe discrepat a Liuio in numero seruorum:nam tãtum octo milia fuisse tradit Liuius cui assentitur Macrobius saturnalium libro primo cum ait:ad cannas uictis romanis octo milia seruorum empta militauerunt. Adactos iureiurãdo. Sacramento militiæ astrictos.more iustæ legitimæq; militiæ. Strenuam.Promptam & impigram operam. Quãta uiolentia est casus. Deplorat quodammodo casum & necessitatẽ populi romani qui antea capite censos milites habere fastidierat:ex ergastulis & pastoralibus casis seruos educere coactus fuerit. Quanta uiolentia casus.Conqueritur & detestatur tantam necessitatem. Capite censos.Capite censi dicebantur ut supra qui in nullo censu habebantur:sed eorum capita solum censebantur:quia parum uel nihil possiderent. E cellis. In quibus serui a dominis seruabãtur:hos deinde seruos Sẽpronius graechus propter egregiam uictoriam ex auctoritate senatus libertate donauit. Cædit ergo. Pletunque nos iquit cogit necessitas utilitatem dignitati anteponere & fortunæ libidini ac uiribus obtẽperare:nam nisi tutiora consilia uir fortis elegerit speciosa sequendo sæpissime corruet.

Macrobius

Capite censi

Concidendum.Cadendum & proruendũ:nam aliquando urgente fortuna præmittenda est dignitas & tutiora consilia sequenda:

quod nisi uir fortis fecerit funditus concidet.

Annẽsis clades.magna necessitas quæ non patit̃ ætatis nec religionis haberi rationem:qualis fuit post

cānenſem cladem quæ ut diximns romanos coegit & p̄textatos puberes ſcribere & hoſtium ſpolia diis cōſe-crata e tēplis porticibuſq; detrahere: quinetiā nexos cōplures & capitali crimine dānatos in uſum militiæ reci-pere. Et prætextati pueri. Prætextati dicebantur: qui nundum ad .xvi. annum peruenerant in quo depoſita prætexta uirilem togam ſumebant. Addictoꝝ. Nexoꝝ. Ponderentur. examinentur: librentur.

p Ropter eandē cladē. Liuius decade ſecūdi punici belli li. iii. Per idē fere tēpus litteræ e Sicilia Sardiniaq; Romā allatæ priores e Sicilia Octacilii ꝓprætoris in ſenatu recitatæ ſunt. L. furius prætorē cum claſſe ex aphrica lilibeū ueniſſe ipm grauiter ictū ſauciū in diſcrimine eſſe uiræ ultimo militiæ naualibus ſociis neq; ſtipēdium neq; frumentū ad diē dari: neq; unde det eſſe: magnopere ſuadere ut quā primū ea mittant ſibiq; ſi ita uideat ex nouis ꝑtoribus ſucceſſorē mittāt: eadēq; ferme de ſtipēdio frumētoq; ab. A. Corne. manula ꝓpto-re ex Sardinia ſcripta reſpōſum utriſq; nō eſſe unde mitteret: iuſſiq; ipſi claſſibus & exerciti-bus ſuis cōſulerēt Octacilius ad unicum ſubſidiū populi Ro. Hieronē legatos cum miſiſſet in ſtipēdiū q̄tū argēti opus fuit: & ſex mēſium frumentū accepit: Cornelio in ſardinia ciuita-tes ſociæ benignæ cōtulerūt. Et romæ quoq; ꝓpter penuriam argēti triūuiri mēſarii: roga-tione minutii tribu. ple. facti ſunt. Socii præberēt. Diſſentit a Liuio Valerius: nam a ſociis benigniſſime erogatū ſtipendiū & frumētum dicit Liuius ut ſupra oſtendimus: nec imiſiſſe tunc prouincias ſed obtinuiſſe.

De Caſſilinatibus.

e Adē Caſſilinates. Caſſilinū eo tpe præneſtini habebāt: quos a prima cānas in caſtra ꝓficiſcentes nūcius acceptæ cladis caſſilinū cōuertit: qui paulo poſt cæſis oppidanis urbē occuparūt: cū paucis romanis latiniq; noīs adit & peruſina cohors eodē nuncio camiſium compulſi: penuria frumenti nimium etiam hominū uideri faciebat Ad hāc urbem uel ſi fieri poſſet in deditionem accipiendam: uel uiribus expugnādam hanibal partem exercitus miſit: qui omnes ab oppidanis eruptione facta turpiter fuſi fugatique fuerūt ita primis repulſis: dux alter pœnornm maharbal cum maiore robore uirorum miſſus: nec ipſe eruptionem cohortum romanorum ſuſtinuit: poſtremo hanibal caſtris ante mœnia poſitis paruam urbem paruumq; præſidiū ſumma ui atq; omnibus copiis oppugnare parat: quod cum ſibi parum proceſſiſſet ad obſidionem conuerſus caſtra cum muniuit firmiſſimaque præſidia impoſuit: ubi longa obſidio oppidanos præſidiumq; ad ultimum inopiæ adduxerat: quā tamen conſilio & callidirate Sempronii ducis romani qui haud procul inde aberat aliquamdiu tolerarunt: miſſis per uulturnum amnem: qui locum illum præterfluebat: doliis frumento plenis: quare paulopoſt ab hoſtibus cognita intercepta ſunt dolia & omnis ſpes erepta: nuces deinde ſuſæ a romanis caſtris cum medio amni ad caſſilinum defluerent cratibus excipiebātur: poſtremo ad id uentum inopiæ eſt: ut lora detractaſq; ſcutis pelles ubi feruida inoliſſent: aqua mandere conarentur nec muribus aliue animali abſtinerent: & omne herbarum radicumque genus aggeribus muri eruerent etiam cum hoſtes obaraſſent quicquid herbidi terteni extra murum erat: raparum ſemen iniecerunt: ut hanibal eo ne uſq; dum ea naſcantur ad caſſilinum ſeſſurus ſum exclamaret: qui nullam antea pactionem auribus admiſerat: tum demum ſecum agi eſt paſſus de redemptione liberoꝝ capitum: ſepeuntes auri in ſingulos præciū cōuenit: fide accepta ſeſe tradiderūt. Strabo in fine quinti libri huius meminit obſidionis. dicit. n. Romam uerſus Caſſilinū ſitum eſt ad flumen Vulturnū: in quo præneſtini milites quadraginta & quingēti aduerſus hanibalē uariis inſtructū copiis rādiu obſidionē pertulere: ut iualeſcente fame mus dragmis ducētis uenundaret: & uenditor quidē mortem oppetierit. emptor aūt icolumis euaſerit. cum aūt hambal eos rapas prope muꝝ ſeminaſſe conſpiceret: tantam animoꝝ tolerantiam admiratione proſecutus eſt q; homines tādiu obſiſtere poſſe ſperarēt quoad rapæ matureſcerēt. itaq; paucis exceptis mortales illi uictores extitere oēs: niſi quos aut fames conſecit aut ꝑlia. Defecti. Deſtituti & euacuati. Solutas aqua. Mollitas atq; decoctas.

Strabo

Caſſilinū

ram rei pu. adminiſtrantis ſpolia hoſtium affixa tēplis deorum numini conſecrata inſtrumenta militiæ futura conuellerētur: ac prætextati pueri arma induerent: addictorum etiam capitali crimine dānatorū ſex milia conſcriberentur. quæ ſi per ſe aſpiciātur aliquid ruboris habeant. ſi aūt ad motis neceſſitatis uiribus ponderentur: ſeuitiæ tēporis conuenientia præſidia uideantur.

De eadem ciuitate.

p Ropter eandem cladem ſenatus octacilio q Siciliam Cornelio Mānulæ q Sardiniā propratores obtinebant: querentibus quod neq; ſtipendiū: neq; frumētū claſſibus eorū: & exercitibus ſocii præberent: affirmātibus etiam ne habere quidem eos unde id præſtare poſſent: reſcripſit ærarium lōginquis expenſis non ſufficere: quo proinde pacto tantæ inopiæ ſuccurrēdum eſſet ipſi uiderent. his litteris quid aliud q̄ imperii ſui gubernacula ex manibus abiecit: Siciliāq; & Sardiniā benigniſſimas urbis noſtræ nutrices gradus ſtabilimenta bellorum: tā multo ſudore & ſanguine in poteſtatem redactas: pauci s uerbis ita ſcilicet neceſſitate iubente dimiſit.

De Caſſilinatibus.

e Adem Caſſilinates obſidiōe Hānibalis clauſi alimentorumq; facultate defecti loca neceſſariis uinculorum uſibus ſubducta æque ſcutis detractis pelles feruenti reſolutas aqua mādare uoluiſtis:

Deliciis suis. Constat campanorū deliciis pœnorum exercitum ad id tempus īuictum : sic eneruatum esse ut uix militiæ labores sustineret. ductus enim Capuam ī hiberna sic se omnibus uoluptatibus immersit : ut quos nulla uis mali antea uicerat:postmodū nimia bona perdiderunt. s. uoluptates inmodicæ:ut somnus:uinū:æpulæ:scorta:linea:consuetudines:ociū:quæ oīa sic eneruatūt corpora & animos: ut magis deinde uictoriæ:quā præsentes curarent uires. Modo rarum. Quasi desolatum atq; desertum.

i N illa obsidione. Vis detestādæ auaritiæ q̄mentē oēm & rōnē hoīs plerūq; p̄uertit ut pecuniā nō dignitati solū sed ipsi quoq; uitæ p̄ferre nō dubitet:qualis hic p̄nestinus q ī tāta reꝝ penuria ac fame captū murē ducentis denariis uēdere maluerit q̄ famem lenire uitāq; p̄ducere:imitatus illū de quo Lucanus:Nō deest p̄plato ieiunus uēdi Luca. tor auro:q̄re factū est ut utrūq; pariter amitteret uitā & pecuniā. Sordiū suaꝝ. Idest auaritiæ. & recte qdē sordes auaritiā appellat q̄a nihil hoīem sordidiorē eē facit auaritia q̄ malis uenenis ībuta corpus animūq; uirilē effœminat.

Q uid illis si accerbitatē eius intueare miserius? si cōstantiā respicias fidelius? qui ne a romanis descisce/rent tali uti cibi genere sustinuerunt. Cum pinguissima arua sua; fertilissimosq; cāpos mœnibꝰ suis subiectos intuerent. Itaque Campanæ urbis quæ punicā feritatem delitiis suis cupida fouit ī propiquo situm cassilinum mō rara uirtute clarū perseuerantis amicitiæ pignore impios oculos uerberauit.

De Prænestinis.

i N illa obsidione & fide cū trecenti prænestini permanerent euenit ut ex his quidam murem captum ducentis potius denariis uendere:q̄ ipse leniendæ famis gratia consumere mallet. Sed credo deorū p̄uidētia & uēditori & emptori quē uterq; merebatur:exitum attribuit. Auaro enim & fame cōsumpto manubiis sordium suarum frui non licuit:æqui animi uir ad salutarem impensam faciendam: care quidem uerum necessarie comparato cibo uixit.

De Ciuitate Romæ.

c A io autē Mario. G. carbōe cōsulibꝰ bello ciuili cum. L. sylla dissidentibus quo tempore non rei publicæ uictoria quærebatur:sed præmiū uictoriæ res erat publica:senatuscōsulto aurea atq; argentea templorum ornamenta ne militibus stipendia deessent cōflata sunt:digna enim causa, erat hi ne:an illi crudelitatem suam proscriptione ciuium saciarēt ut dii immortales spoliarentur:nō ergo patrum conscriptorum uoluntas:sed teterrimæ necessitatis truculenta manus illi consulto stilum suum impressit.

De Diuo Iulio.

d Iui Iulii exercitus idest īuicti ducis:dextera inuicta cum armis mundam clausisset aggeriq; extruendo materia deficeret:cōgerio hostilium cadauerum quā desiderauerat altitudinem īstruxit. eamque trāgulis & pilis:quia roboreæ sudes deerant magistra nouæ molitionis necessitate usus uallauit.

De diuo Augusto.

a T que ut diuinam filii mētionē cœlestis patris

De ciuitate Romæ.

c A utem Mario. Hoc legit ī uita Marii q; cum exhaustū esset ærariū:necesset unde stipēdia darētur militibus:templorū ornamēta e senatuscōsulto fuerunt in pecuniā conflata:quā rē Valerius p irroniam quodāmodo detestat rū dicat dignā causam fuisse:ut tēpla deorū spoliarent quo suā crudelitatē explerent:Marius atq; Sylla. Conflata: In nūmisma redacta:nam æs cōflatū dicit in signatā pecuniā redactū. æs graue qđ tātum mō pensat. Digna enim cā erat. Ironia est sine dubio. Non patrū conscriptoꝝ uolūtat. Ostendit inuitū id fecisse senatū metu uictoris qui ita iubebat:ergo excusat quodāmō senatum qui necessitate compulsus sit id facere.

De diuo Iulio.

d Iui Iulii exercitus. Hoc fuit bello qđ in hispania gessit iulius cæsar aduersus Cn. & sextū Pōpi. ubi primum in ipso occeani hostio Varrus:Didiusq; legati cōflixere:cū subito exorta tēpestas classem utrāq; submersit:mox ad obsidiones utrinq; discurrit:oīum postrema circūsedit ī unda:ubi anceps diu & triste p̄liū:nouissime illud inusitatū cæsaris oculis nefas. post quattuordecim ānos p̄bata ueteranoꝝ manus rettulit pedē. hic cæsar nihil reliqt inexpertū:ī q̄ p̄turbatione dicit de extremis etiā cogitasse: cū cohortes q̄dā:p trāsuersam aciē actæ:q̄s piclitātibꝰ castris p̄sidio labienus mittebat:speciē fuge p̄buissent. hoc autē ipse credidit:aut dux callidus attribuit in occasiōnē & q̄si fugiētes iuectus:simul & suoꝝ erexit animos & hostis p̄culit:hoc p̄lio profugi cū se mūdā recepissent: & cæsar statim uictor obsideri ī perasset:ex cōgestis cadaueribus ager factus est:q̄ pilis iaculisq; cōfixa īter se tenebant. Mundā. Oppi Munda. dū hispaniæ. Tragulis. Telis gallicis. Pilis. Romanis telis. Sudes. Pali acuti ex utraque parte & ī sūmitate exusti. Vir. sudibusue p̄u Virgi. stis. Nouæ moli. Quasi iusitatæ munitiōis.

a Tq; ut diuinā. Cū Phereattes pthoꝝ rex p̄uincias romanas bello petiturus esse uideret:tunc Bosphoranā regionem ingens rerum penuria & fames incessit:quæ romani quoq; peruasit:quo tēpore cæsar Augustus in sterilitate magna ac difficili remedio:cū Venalicias & Lanistaꝝ familias peregrinosq; oēs exceptis medicis &

ꝑceptoribus partēq; seruicioꝝ urbe expulisset: ut tādē ānona cōualuit īpetū se cœpisse scribit: frumētationes publicas ī ppetuū abolendi q̃ earꝝ fiducia agroꝝ cultura cessaret: neq; tamē pseuerasse: qa certū haberet posse p ambitionē quādoq; restitui: atq; ita post hanc rē tēperauit ut nō minorē oratoꝝ & negociantiū q̃ populi rationē duceret: hæc suetonius. Diuinā filii mentionē. Nō pōt Valerius ab assentatiōe discedere: Augustus enī adhuc uiuens diuinos honores obtinuit ut diximus: unde Hor. Præsentiq; tibi diuinos largimur honores: smeruit aras & flaminē: ut iurandasq; tuū ꝓnomē ponimus aras: Fuit Augustus Iulii cæsaris adoptiuus.

Sueto.
Hor.

In Bosphorano tractu. In regione helespontiaca. sūt aūt bosphori duo: unus tracus iuxta bizantiū hoc est cōstātinopolim: alter ī introitu paludis Meotidos q̃ Chimericus dicit̄ de quo Ouid. li. iii. tristiū Bosphorus & tanais superāt scythiæq; paludes uixq; satis noui nomina pauca loci. Bosphorus a ferēda boue dictus uel a trāsitu bouis siue ab angustis meatib⁹ boum peruiis.

Ouidius

Bosphorus

Retensibus. Cretenses fauisse mitridati uidebant̄: itaq; placuit iniuriā armis uīdicare: primus īuasit insulā. M. Atonius cū īgēti qdē uictoriæ spe atq; fiducia: adeo ut plures cathenas in nauibus quā arma portaret: dedit itaq; pœna uecordiæ suæ: nā pletasq; naues interceperūt hostes captiuaq; corpora religata uelis ac funibus pepēdere: ac sic uelicantes triūphātiū ī modū cretes portibus suis remigrauerint: Metellus deīde totā īsulā igni ferroq; populatus ītra castella & urbes redegit: eosq; lōga obsidione compulit ad eā necessitatē ut sua iumērorūq; suoꝝ urinā sitim releuare coacti fuerīt & grauiora pan quā uictor supplicia dedisset. Obsidione metelli. Qui metelli Macedonici filius a deuicta creta creticus dictus est. Torserunt. Quasi cum supplicio sedarunt.

c

Vmātini aūt. Florus. Numātia inqt q̃tū Carthaginis Capuæ Corinthi opibus īferior: ita uirtutis nomine & honore par oibus sūmūq; si uiros æstimes hispaniæ decus: qppe q̃ sine muro turribus modicæ edito ī tumulo apud flumē sillata q̃ttuor milibus celtiberorū. xl. exercitū ui p annos. xiiii. sola sustinuit: nec sustinuit mō sed seuius aliq̃to ꝑculit pudēdisq; fœderib⁹ affecit. Nouissime cū inuictā eē cōstaret opus quoq; eo fuit q carthaginē euerterat nō temere si fateri licet nullius cā belli iniustior. Segidēses socios & cōsanguineos romanoꝝ manib⁹ elapsos exceperāt: habita ꝓ eis depcatio nihil ualuit cū se ab oi bello ꝗ cōtagiōe remouerēt ī legitimi federis ꝑciū iussi arma deponer̄: hoc sic a barbaris acceptū q̃si manus absciderent: Itaq; stati Magara uicto fortissimo duce ad arma cōuersi Pōpeiū ꝓlio aggressi fœdus tamē maluerūt cū debellare potuissent hostiliū: deīde mācinū hūc quoq; assiduis cedibus ita subegerūt: ut ne oculos qdē aut uocē numātini uiri qsq̄ sustineret: tamē cū hoc quoq; fœdus maluerūt cōretiti armoꝝ māubiis cū ad īternectionē seuire potuissent: sed nō mīus Numātini q̃ Caudini illius federis flagrās ignomia ac pudore populus ro. dedecus qdem ꝓsentis flagitii deditiōe mancini expiauit. Cæteꝝ duce Scipione Carthaginis īcēdiis ad excidia urbiū ībuto: tandē etiā ī ultionē excāduit: q redacto prius ī disciplinā milite hostibus cōmisit aciē: effecit qđ nemo uisurū se unq̄ spauerat: ut fugientes numātinos qsq̄ uideret: dedere etiā sese uolebant si tolerāda uiris īperarent. Sed cū Scipio uerā uellet & sine exceptione uictoriā eo necessitatū cōpulsi: primū ut destinata morte in ꝓliū ruerēt: cum se prius æpulis q̃si ferus īpleuissent: carnis semicrudæ & celiæ sic uocant indignæ ex frumēto potionē. Intellectū ab īperatore cōsiliū itaq; nō est ꝑmissa pugna morituris: cū fossa atq; lorica q̃ttuorq; castris circūdatos fames ꝓmeret: ab duce orantes ꝓliū ut tanquā uiros occideret: sed ubi nō īpetrarunt placuit eruptio: sic conserta manu plurimi occisi: & cū urgeret fames aliquātisp: inde hoc est ex cadaueribus uixere: nouissime cōsiliū fugæ sedit. sed hoc quoq; ruptis equoꝝ cingulis uxores ademere sūmo scelere p amorē: itaq; exitu deplorato ī ultimā rabiē furorēq; conuersi: postrēo mori hoc genere destinarūt: duces suos seq; patriāq; ferro & ueneno subiectoq; undiq; igne pemerūt. Trahere. Producere ꝓlongare. Artus & membra: Aut effegesis est ut unū sit expositio alterius. aut artus intelligimus mēbroꝝ cōiunctiones: unde articuli: mēbra uero corporis partes ut humeri brachia. Nulla est ī his necessitatis excusatio: īprobat hoc factū Valerius q; dicat crudelitatē potius fuisse q̃ necessitatē: necessitas aūt duplex. aut sine respectu: aut cū respectu: ut q natus est necesse est ut moriat̄: hic nullū ē mediū: at uero cū respectu ut hoc loco numātinis necesse fuit humanis carnibus uesci: nisi uoluerint in Scipionis uenire potestatem.

Florus

n

recordationi subnectā: cum effusurus se in nostras ꝓuincias parthorū rex Phrates uideretur: uicinæque imperio eius regiones subita inducti tumultus denūciatione quatarentur: tanta in bosphorano tractu cōmeatus penuria icessit: uti sex milibus denariis singula uasa olei frumentique modiis totidem mancipia ꝑmutatētur: sed amarissimā tempestatē augusti cura tutelæ tunc terrarum uacans dispulit.

Externa de Cretensibus.

c Retensibus nihil tale præsidii affulsit q obsidione metelli ad ultimam usque penuriam compulsi sua iumentorumque suorū urina sitim torserūt iustius dixerim: q̃ sustētauerūt: qa dū uinci timent id passi sūt: qđ eos nec uictor quidem pati coegisset.

De Numantinis.

n Vmātini autem a Scipione uallo & aggere circundati: cum omnia quæ famem eorum trahere poterant consumpsissent: ad ultimum humanorū corporum dapibus usi sunt. qua propter capta iam urbe complures inuenti sunt artus & membra trucidatorum corporum sinu suo gestantes. nulla ē in his necessitatis excusatio: nam quibus mori licuit: sic uiuere necesse non fuit.

h Orum trucẽ. Perpenna sertoriũ cui se cõiunxerat cõiuratiõe facta inter æpulas p inuidiã interemit: ut in eius uita diximus; Põpeius deĩde facile superato ꝑpenna hispaniã totã armis subegit: ĩ eo bello calla gurgitanos sertorii fidelissimos socios obsidione p̃mebat: q ut cineri Sertorii fidẽ seruarent ad eã ĩpietatẽ descenderunt: ut cõsumptis oĩbus ferme animalibus liberos & uxores occiderent eorũq; carnibus uescerent: quas etiã ut seruare diutius possent sale aspersere: qđ nõ solũ ĩpiũ sed detestandũ quoq; fuisse uidet. In cõsimili facinore; Vescendi hũanis carnibus. Nefariæ dapis. Detestandæ. nefarius dicit is q nec cætu dignus est cui etiã far det. Nefatius. Salire nõ dubitauit. Sale aspergere: nã caro ne putrescat salẽ q̃si animã datã dicit esse Crisipus diutius enim seruat caro salsa.

De Callagurgitanis.

h Orum trucem pertinaciam in consimili facinore callagurgitanorum execrabilis impietas supergressa est qui quo perseuerantius interempti sertorii cineribus obsidionem. Cn. Pompeii frustrantes fidem præstarent: quia nullum iam aliud in urbe eorum supercat animal: uxores suas notosq; ad usũ nephariæ dapis uerterũt: quoq; diutius armata iuuẽtus uiscera sua uisceribus suis aleret: Infœlices cadauerũ reliquias salire non dubitauit. En inquam aliquis in acie hortaretur ut pro salute coniugum & liberorum fortiter dimicaret: ex hoc nimirum hoste tanto duci pœna magisq̃ uictoria petenda fuit: quia plus uindicatus libertatis q̃ uictus gloriæ afferre potuit cum omne serpentum ac ferarum genus comparatione sui titulo feritatis superarit: namq; illis dulcia uitæ pignora proprio spiritu chariora sũt: ea callagurgitanis prandia atq; cænæ extiterunt.

De testamẽtis q̃ rescissa sunt. Ca. VII.

u Acemus nũc negocio quid actorꝫ hominis & præcipuæ curæ & ultimi est temporis: cõsideremusq; quæ testamenta aut rescissa sũt legitimæ facta: aut cum merito rescindi possent rata manserunt: quæ ue alios quã qui expectabant honorem hæreditatis transtulerunt. atque ita ut ea ordine quo proposui exequar.

De Q uodam milite.

